Filologia

73
E
1

8
2-f
3

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
9
17 C
14

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

8. – 2. f. 3.

73
E
1
74
E
2
73.3.1.

Coll. Rom: Soc. Jesu cat. inscr. B.S.

INDICES TRES OBSERVATIONVM MISCELLANEORVM VARIARVMQ. LECTIONVM

Quibus Veterum ſcripta partim emendantur, partim illuſtrantur.

Theologis, Iuriſconſultis, Medicis, & Philoſophis perutiles, ac potiſſimum Humaniorum litterarum ſtudioſis neceſſarij.

E VIGINTI SEPTEM SCRIPTORIBVS

Quorum nomina quincta pagina oſtendet:

COLLECTI NVNC PRIMVM

A BENEDICTO BLANCVCIO ROMANO

Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ Doctore.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. D

BARTHOLOMAEVM CAESIVM

S. R. E. CARD. AMPLISSIMVM



SVPERIORVM PERMISSV

ROMAE, Apud Aloyſium Zannettum. CIↃ IↃ XCVII

EGO Andreas Schottus, Societatis Ieſu Sacerdos, iuſſu Reuerendiſs. Patris Magiſtri Sacri Palatij, legi, ac recenſui Indices tres *Variarum Lectionum*, *Obſeruationum*, *ac Miſcellaneorum* è vigintiſeptem Scriptoribus, à Benedicto Blancucio Romano collectos: quorum primus eſt Scriptorum; alter Rerum memorabilium; tertius Vocum ſingularium Græcarum, Latinarumque: in quibus Indicibus nihil reperi, quod vel Catholicam Religionem violare, vel mores bonos corrumpere poſſit; quin & Reipub. litterariæ commodo, quòd pro Locis communibus adhiberi queant, edi poſſe cenſeo. Cuius rei gratia mea manu ſubſcripſi Romæ in Collegio Societatis Ieſu, poſtridie Calendas April. CIↃ. IↃ. XCVII.

Andr. Schottus Antuerpianus.

Imprimatur.

Lud. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. P. Ioannes Saragoſa Magiſter, & Socius Reuerendiſſimi P. Magiſtri Sacri Palatij.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. D.

BARTHOLOMAEO CAESIO

S. R. E. CARD. AMPLISSIMO.

Benedictus Blancucius Romanus S. D.

VT hoſce primos ingenij fetus, Cardinalis ampliſsime, & tanquam frugum primitias Tibi offerrem, cauſæ multæ me impulerunt, quæ vel ſingulæ cogere potuiſſent. Vetus enim conſuetudo Græcorum, Romanorumque fuit, vt quæ ingenio elaborata in lucem, aſpectumque hominum proferre vellent, ea Principi inſcriberent viro, qui vel auctoritate à calumnijs tueretur, vel doctrina ſingulari præditus dijudicaret, aut expoliret. Vt enim parentes liberos ſuos teſtamenti tabulis, vel agnatorum tutelæ, vel amicorum fidei committere ſolent; ſic & libros Scriptores Principum patrocinio credere conſueuerunt. Hinc Auguſto Cæſari (quo imperante ad ſummum perductæ litteræ, ingenia Romæ, vt ſub Alexandro Magno Athenis, maximè floruerũt) ſuos de Architectura libros Vitruuius dedicauit. Commodo Imperatori Iulius Pollux *Onomaſticon obtulit. Antonino Seuero aureum de Venatione, & Piſcatu poëma Oppianus inſcripſit: & C. Cilnio Mæcenati, Auguſti æquali, & perfamiliari, ingeniorumq. ſui temporis parenti, certatim, tanquam ad aram numini cuidam, Horatius, Vergilius, & Propertius ſua conſecrarunt. Cuius cum animi quadam celſitudine veſtigijs inſiſtas,* Princeps *optime, quòd doctorum hominum corona, non paraſitorum ſtipatus incedas, quorum, de ſtudijs ſacris ſermonibus non intereſſe, ſed præeſſe ſoles: iuſta ea, inſtarq. omnium cauſa viſa eſt, cur has qualeſcunq.*

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EM. ... (library stamp)

vigilias meas productioribus hiſce noctibus elucubratas, nec à Theologiæ noſtræ ſtudijs abhorrētes Tibi nūcupare, & tui nominis auſpicio foras dare auderē. Deinde quod CÆSIAM gentē longè & antiquiſsimam, & nobiliſsimam (vt litterarum monumentis docti homines teſtatum reliquerunt) pridem obſeruare, & in oculis ferre cœperim: pro veteri mea erga fratrē tuū FEDERICVM AQVÆSPARTANORVM DVCEM, obſeruantia, multis ab eo ornatus cum ſim beneficijs. Quare magnam in ſpem veni, fore, vt eius potiſsimùm erga me beneuolentia aditum ad tuam amicitiam patefaciat, & quaſi feneſtram aperiat: tametſi ipſe vel ſponte homines litterarum ſtudijs deditos allicere, & in familiā, (vt nuper plures ſimul honorificis præmijs inuitaſti) adſciſcere ſoleas. Quod exemplum vtinam hac tempeſtate multi Præſules, ac Principes imitati, Gnathones, aſsentatores, et vētres ab aulis ablegarent: florerent ſanè ingenia, & liberalium artium ſtudia, quæ nunc iacere, ac pænè conticeſcere videntur. Vt verendum etiam ſit, atque vtinam falſus augur ſim, ne perpaucorum hominum litteræ fiant, & (quod Deus prohibeat) ad interitum ruant Græcarum litterarum, & Humanitatis tractatio, eiuſq. germanæ, Philologia, & Critica; omnibus diſciplinis, mea quidem ſententia, non vtiles modò, verum etiam perneceſſariæ. Quo in genere, vt de meis anguſtijs, & re tenui prodeſſem, INDICES tres eruditionis plenos concinnaui: cui labori, vt in congerendo ingenium, ita in digerēdo iudicium adhibui. Vtilitatis quidem publicæ me reſpectum habuiſſe ſcio; quid aſſecutus ſim, tuum erit iudicium, & à te homines eruditi, æqui laborum iudices, exiſtimabunt. Tibi certè ſi conatum probauero, vt ſpero, & opto; erit, cur ad reliqua volumina, quæ meditor, alacrius accingar, aſpirante patrocinij tui aura, cui me, meaque omnia libens, volensque addico. Vale, ampliſſime Princeps, & litteras fouere, vt cœpiſti, perge. Romæ, Pridie Kal. Aprilis. Anno CIƆ.IƆ. XCVII.

INDI-

INDICES TRES
HOC ORDINE COLLECTI SVNT.

Primus eſt Scriptorum Sacrorum, Græcorum, Latinorumq. veterum, ac recentium: quorum partim obſcura loca illuſtrantur, partim deprauata corriguntur.
Alter Rerùm memorabilium eſt.
Tertius eſt Vocum ſingularium Græcæ, & Latinæ linguæ.

SCRIPTORVM
VIGINTI SEPTEM NOMINA
E quibus hi tres Indices collecti.

ITALORVM.

AGELLII, vel A. Gellij Noctium Atticarum libri XX.
Macrobij Saturnalium libri VII.
Angeli Politiani Miſcellaneorum Centuria.
M. Antonij Sabellici Annotationes.
Philippi Beroaldi Annotationes variæ.
Ioan. Baptiſtæ Pij Annotationes.
Ioan. Baptiſtæ Egnatij Racemationes.
Domitij Calderini Obſeruationes.
Franciſci Floridi Sabini Lectionum Subſeciuarum libri III.
Hieronymi Magij Miſcellaneorum libri IV.
Roberti Titij Controuerſorum Locorum libri X.
Ioſephi Caſtalionis Anconitani Variæ Lectiones.
Hieronymi Mercurialis Variarum Lectionum libri V.
Marſilij Cagnati Veronenſis Variarum Lectionum libri IV.

GAL-

GALLORVM.

Ioannis Brodæi Turonenſis Miſcellaneorum libri VI.
M. Antonij Mureti Variarum Lectionum libri XV.
Petri Pithæi Aduerſariorum Subſeciuorum libri II.
Iuonis Villiomari Animaduerſorum libri X.
Iacobi Durantij Variarum libri II.
Antonij Nebriſſenſis Hiſpani, Quinquagena Tertia.

BELGARVM.

Petri Nannij Miſcellaneorum libri X.
Gulielmi Canteri Nouarum Lectionum libri VIII.
Theodori Canteri Variarum Lectionum libri II.
Ludouici Carrionis Brugenſis, Antiquarum Lectionum libri III.
Eiuſdem Emendationum libri II.
Lucæ Fruterij Brugenſis, Veriſimilium libri II.
Iani Gulielmij Veriſimilium libri III.
Eiuſdem Plautinæ Quæſtiones.
Iuſti Lipsij Variarum Lectionum libri III.
Antiquarum Lectionum libri V.
Electorum libri II.
Epiſtolicarum Quæſtionum libri V.
Saturnaliorum libri II. *&*
De Amphitheatris libri II.

AD

AD LECTOREM
DE OPERIS VTILITATE.

EQVIDEM in ea ſemper fui ſententia, Candide Lector, rectè à Manilio, vetere Poëta, dictum videri,

Pro captu lectoris habent ſua fata libelli.

Vt enim captus illius eſt, in cuius manus liber inciderit, ita bonus, maluſuè cenſeri ſolet. Ei enim qui vti norit, vtilis; qui verò neſciat, inutilis videtur. Nam, vt Plinius maior verè ait, nullus vſque eò ineptus eſt liber, quin aliqua ex parte prodeſſe homini induſtrio poſſit. Quare ſi quis fortè adeò in litteris hoſpes, ac peregrinus exiſtat, qui *Variarum Lectionum* Scriptores (qui nunc ſæculi felicitate propè innumerabiles exorti ſunt) aut non attigerit, legeritue; aut ſi legit, contempſerit, hunc ego appello, obteſtorque, vt animum ab omni perturbatione liberum adferat; dum & ſcriptionis huius originem paulò altius, breuiter tamen, repeto; &, qua mortales plerique ducuntur, vtilitatem demonſtro. Philologia enim (vt hinc exordiar) diſciplinarum omnium ſocia, vel, vt Martiano Capellæ placet, Mercurij coniux, patet latiſſimè. Huic ἀντίστροφος eſt, & quaſi altera ex parte Critica reſpondet; quæ vt Scriptorum omnium virtutes miratur, atque commendat, ita vitia quoque ὀβελίζει, & culpanda cenſoria quaſi virgula notat. Hanc artem princeps factitaſſe Athenis Ariſtophanes Grammaticus, eiuſque diſcipulus Ariſtarchus creditur, de quo & Marcus Tullius refert, ſolere Homeri verſus, quos non probaret, ὀβελίζειν, vt & huius nomen pro Cēſore, & ſeuero Scriptorum iudice in Prouerbium ceſſerit. Ariſtophanis verò ſeuera hæc vox ab Athenæo commemoratur μέγα βιβλίον μέγα κακόν. Dionyſij item duo Critici clari habiti ſunt; Longinus alter cognomento, cuius περὶ ὕψους, de ſublimi dicendi genere libellus hodieque

extat

extat, laudaturque ab Eunapio Sardiano ſingulari elogio: alter Halicarnaſſeus, Rhetor & ille egregius, cuius præter Romanarum rerum libros vndecim de viginti, leguntur & Κριτικὰ de Platonis, Herodoti, Thucydidis, & Demoſthenis dicendi charactere. Quid Hermogenem Tarſenſem de Prudentiæ Methodo diſſerentem, quid reliquos commemorem? Latini Græcorum æmuli, accepta ab illis inſtaurantes, ijſdem veſtigijs inſtitere. Quis enim Fabio Quinctiliano in iudicando grauior, in notandis vitijs, virtutibuſq. Scriptorum ſeuerior? vt nihil de M. Terentio Varrone, togatorum doctiſſimo, eiuſque præceptore L. Aelio Stilone dicam. Varronem certè, qua erat iudicij præſtantia, Plautinas Comœdias diiudicare, & ſpurias familia ſubmouere ſolitum accepimus: omniſque adeò Rhetorum, & Grammaticorum natio has ſibi iudicandi partes vindicauit, & Critici appellari gaudent.

Horum autem id officium eſt, vt tanquam Cenſores familias luſtrent; legitima à ſpurijs diſcernant: hæc familia ſubmoueant; illa natalibus reſtituant. Scriptores in claſſes diuidant, alios vt proletarios in ordinem redigant: deprauatos librariorum vitio, vel temporum iniuria emendent, atque inſtauratos priſtino nitori reddant; (vt in Ariſtotelis ſcriptis ſitu, & ſquallore corruptis Apelliconem Teïum feciſſe commemorat Strabo) luxata ac mutila reſtituant; hiatus expleant, ſuperuacanea reſecent, falſa denique obelo fodiant.

Quòd verò in vtriuſque linguæ Scriptoribus edolandis, & caſtigandis ingeniorum campus pateret latiſsimè, eò factum eſt, tam multos ad hanc diem hoc ſtadio decurriſſe. Hinc varij illi librorum tituli exorti, nimirum Bibliothecæ, Muſæ, Prata, Copiæ cornu, Coniectanea, Subſeciua, Aduerſaria, & Κέρας Ἀμαλθείας, Πανδέκτης, Λειμών, Ἐγχειρίδιον. Quas inſcriptiones, & Plinius maior, & Agellius tanquam Nomenclatores referunt. Quorum hic, quòd lucubrationes ſuas ex Atticis potiſsimùm ſcriptoribus hauſerit, *Atticas Noctes* inſcribendas putauit. M. autē Varro *Epiſtolicas Quæſtiones*, Valgius Rufus *Quæſita per Epiſtolam*, Ceſellius Vindex *Antiquas Lectiones*, *Varias* alij, & *Veriſimilium* id genus libros inſcripſerunt. Σύμμικτα nónulli, quæ à priſca voce miſcella Miſcellanea Politianus, Nannius, Leopardus, & Magius nominarūt, Græci *Sympoſia*, & *Conuiuales Quæſtiones* appellarunt, vt Plato, vt Xenophon, vt Plutarchus: Δειπνοσοφιστῶν verò libros, varia doctrina refertos, Athenæus, & Ποικίλην ἱστορίαν

Aelia-

Aelianus nominauit, idemque *Animalium Hiſtoriam*, & eo longè antiquior Ariſtoteles, *Naturæ* verò *Hiſtoriam* Plinius auunculus conſcripſere. Omitto reliquos, ſunt enim propè innumerabiles. Hos inſecutus, vt dixi, Agellius, eiuſq. ſimius in Saturnalibus Macrobius, qui & ſeptimum librum è Plutarchi Sympoſiacis tranſtuliſſe videtur. Poſt longa ſerie ſimul atque litteræ è tenebris exiſtere, lucemq. aſpicere cœperunt, animum ad Eruditionis varia monumenta appulerunt, Beroaldi, Sabellici, Politiani, Egnatii, Cælii, Robortelli, & (qui funem ducere in hoc mihi choro videntur) IVViri, Victorius, Turnebus, Muretus, &, quem honoris cauſa libenter nomino, Iuſtus Lipſius. Gratulemur itaque felicitati huius ſæculi, quo vnà cum Philologia, ceteriſq. bonis artibus, reliquæ omnes diſciplinæ eſfloreſcunt, &, veluti bono in lumine pictura, ſplendorem accipiunt. Horum è ſcriptis mihi primùm hos Indices concinnaram; poſt amicis, qui cum mihi laborem eſflagitando extorſerunt, in edendo mos gerendus fuit: quod ad multos ea ex re vtilitatem manare poſſe dicerent. Et quoniam iacta eſt alea; cum de Scriptionis origine adhuc dixerim, reliquum eſt, vt de vtilitate breui dicendum eſſe videatur.

Si hic enim ſtudiorum ſcopus eſt, vt partim nobis ipſi, partim patriæ, & amicis (quibus natos nos eſſe Plato ait) quà licet, proſimus: vitamque legendo, & ſcribendo procudi oportere, Varro docet; prodeſſe autem ſolemus, non cum ijs modò, qui nunc ſunt, ſed cum omni poſteritate colloquendo, ſenſa mentis, quæque rectè cogitata ſint, communicando: dubium nemini eſſe poteſt, quin hac qualicumque induſtria noſtra iuuari poſſint plurimùm, cùm ij, qui quæ rectè didicerint, perſpectaque habent, ad poſteros tranſmittere volunt; tùm ij, qui de ſuperiori loco doctoris perſonam ſuſtinent,

Quique ſui memores alios fecere merendo.

Hi vel veterum ſcripta illuſtranda, & emendanda, vel viua voce explananda ſuſceperunt. Vtriſque labor hic à nobis exantlatus nimium quantum proderit, tædiumque quærendi tollet, laboremque adimet, aut certè minuet.

Cum enim *Variarum Scriptores* ſingularia legendo obſeruata, & optima quæque in ſuos Commentarios dumtaxat referant, duo potiſſimùm legentibus commoda portant. Primum, quòd ea, quæ ab alijs Interpretibus, vt difficilia, omiſſa ſunt, aut non ſatis rectè, eru-

diteque explicata; vel librariorum negligentia deprauata; vel denique à ſiniſtris correctoribus ſunt corrupta, explanent feliciter, lucem adferant, & in integrum reſtituant; partim ex fide veterum librorum, qui calamo exarati ætatem ferunt; partim Grammaticorum antiquorum auctoritate, & Græcorum ſcriptorum comparatione. Deinde quòd rara in hos *Variarum libros* referendo, non neceſſario ſumptu Lectorem liberent; ne tot, tantiſque (vt hodie fit) nouis editionibus Ariſtotelis, Ciceronis, Senecæ, Plinij, Appuleii, ceterorumque & Bibliothecæ impleantur, & loculi exhauriantur, cum vix vnum,& item alterum locum correctores illi magna in titulis profeſſi, illuſtrarint. Sed hæ ad omnes ex æquo vtilitates pertinent: ad ſingula veniamus.

M. Tullium exempli gratia,Eloquentiæ parentem, vel legendum ſtylo formando, vt par eſt, ſumpſiſti; vel interpretandum: quæ in eo, vel obſcura illuſtrarunt alij, vel corrupta emendarunt, vno adſpectu *Index Scriptorum* oſtendet. De re aliqua diſſerere acutè more Dialecticorum, vel Rhetorum exemplo dicere copioſe libet, alter *Rerum Index* ſiluam exhibet, vbi ligna ſeces, vbi feras inueſtigando reperias. Si de Vocum propria ſignificatione, etymo, vel formula agitur, *Vocum* copiam ſuppeditamus, quarum non omnibus obuia notio eſt. Habes de iis artibus, quarum omnis in loquendo opera conſumitur:ad Philoſophos veniamus.

Rerum naturas abditas, & rara quæque in antiquis Scriptoribus hic recondita inuenies. Hiſtoriæ elegantes, quibus ea, quæ de moribus eſt Philoſophiæ pars princeps illuſtrari ſolet, & debet, hinc peti poſſunt. Exempla enim (vt auctor eſt ſapiens ille Stoicus) meliùs quàm ieiunæ præceptiones vitam informare ſolent, dum ex aliorum erratis vitam ipſe in meliùs commutare diſcis.

Philoſophis affines Medicorum filij ſunt, qui ablegata è ſcholis Arabum barbarie, facilè vident, quàm ad Hippocratis, Galeni, Aëtii, Oribaſii, & Dioſcoridis ſcripta intelligenda neceſſaria ſit,& Græcarum litterarum peritia,& Philologiæ,animantiumque hiſtoriæ cognitio: Quod vel duo noſtræ Italiæ lumina in arte Medica,Hieronymus Mercurialis,& Marſilius Cagnatus exemplo ſuo comprobarunt. Vterque enim pereruditos *Variarum Lectionum* Commentarios poſteritati conſecrauit.

Iuriſ-

Iuriſconſulti vero, vel me tacente, id clamant, pulſam eſſe è foro barbariem, eorum opera, ac beneficio, qui Græca cum Latinis, Eruditionemque coniungere parentum memoria tentarunt, feliciter, Budæus, Alciatus, Viglius, Antonius Auguſtinus, Duarenus, Briſſonius, & alij: quos inter familiam ſingulari doctrina ducere videtur Iacobus Cuiacius, qui Ius adeo doctè illuſtrat, vt imperitos à ſuis ſcriptis, tamquam à ſacris profanos, arcere videatur. Cuius Obſeruationum libris nihil eruditius fingi poteſt.

Venio ad ſcientiarum Dominã, ac Reginam Theologiam, in qua, qui iam in Scholaſticæ diſciplinæ palæſtra diu, multumq. exercitati, Sanctorum Patrũ ſcripta euoluere, & apis inſtar peruolitare volunt, velle autem omnes debent: vel Eccleſiaſtæ munus ſuſtinent; magna & ipſi profectò ex his libris emolumenta, ſi recte vti norint, ſumere poterunt: vt ſingulari cõcione in re ſimili Baſilius adoleſcentes hortatur. Sancti item Auguſtinus, & Hieronymus ſuadent, Ethnicorum ſcriptis, tamquam Aegyptiorum ſpolijs, Iſraelitarum exemplo, Dei Opt. Max. templum ornari poſſe. Cyprianum, Lactantium, & & Arnobium quis intelliget, qui à Philologia abhorreat? Et vero in Tertuliano ita caligabit, quaſi litteras numquam didicerit. In Clemente Alexandrino, Iuſtino Martyre, Nazianzeno, Baſilio, Chryſoſtomo, & Theodoreto, ceteriſque, quanta, Deus immortalis, eruditio? quanta dicendi vis, & eloquentia? quibus omnibus lucem adferunt, & quaſi facem præferunt huiuſmodi *Lectionum* Scriptores. In hoc ipſo genere Iacobus Billius, S. Michaelis Abbas, præter Nazianzenum, Damaſcenum, & Iſidorum Peluſiotam ad vnguem expolitos, bonam operam nauauit, editis Obſeruationum Sacrarum libris: quibus Sanctorum Patrum loca multa, malè ab hæreticis accepta, tamquam vulnera ſanauit.

Quæ cum ita ſint, optandum ſanè eſſet, exiſtere Typographum aliquem opulentum ſimul & induſtrium, qui omnes id genus Scriptores collectos, & ordine digeſtos ederet. Qua in re Philologis longè diligentiores Iuriſconſulti fuerunt, qui nuper diſperſa Iuris volumina Venetiis ſimul collegerunt. Theologi quoque Pariſiis libellos ſacros, qui diſperſi non reperiebantur, Tomis aliquot, titulo *Bibliothecæ Sanctorum Patrum* edendos curarunt. Medici quoque nuper veterum ſuæ Artis Scriptorum opuſcula, & recentiorum Epiſtolas coniunxerunt. Dolendum itaque Humanitatis ſtudio-

b 2 ſos,

ſos, qui tamen reliquorum ſe Scriptorum iudices profitentur, ab iiſdem diligentia ſuperari. Nos certè pro uirili Rempublicam litterariam iuuare laborioſo hoc INDICE conati ſumus: quá quidem induſtriam noſtram, ſi placuiſſe ſtudioſis, & eruditis hominibus (nam imperitos, & maleuolos nihil moror) intellexero; erit, cur ad ſecundum Tomum accingar, qui & ipſe plures quàm viginti *Variarum* Scriptores, Deo benè iuuante, complectetur. Poſt Tertium aggrediar, è Cælijs duobus, Alexandro Neapolitano, Victorio, & Turnebo concinnatum. Vale Lector, & fruere, commodo quod fiat tuo.

SERIES

SERIES
SCRIPTORVM GRAECORVM
LATINORVMQVE VETERVM
AC RECENTIVM

Qui hoc triplici Indice vel emendantur, vel illuſtrantur.

Ac primum Sacrorum Librorum.

BIBLIORVM vetus Teſtamentum.

Geneſis Moyſis.
Daniel Propheta.
Deuteronomij liber
Eccleſiaſticus.
Eſdra.
Ezechiel Propheta.
S. Iob.
Leuiticus Moyſis.
Numerorum liber.
Prouerbia Salomonis.
Regum libri.

Nouum Teſtamentum.

Ioannis, Matthæi, Marci, Lucæ — Euangelia.
Acta Apoſtolorum.
Apocalypſis Ioãnis.
S. Pauli Epiſtolæ.

Sancti Patres Græci.

Adamãtius Martyr.
Athenagoras.
Baſilius Magnus.
Epiphanius.
Euſebius.
Gregorius Naziãz.
Origenes.

Latini Patres.

S. Ambroſius.
S. Auguſtinus.
S. Cyprianus.
D. Gregorius Papa.
D. Hieronymus Preſbyter.
S. Irenæus.
S. Iſidorus Hiſpal.
Canones Iuris.

GRAECI PROFANI.

Aelianus.
Aeſchylus.
Aëtius Medicus.
Alex. Aphrodiſeus.
Alex. Trallianus.
Anacreon.
Andocides.
Antiphanes.
Antonius Liberalis.
Apollodorus.
Appianus.
Archeſtratus.
Arrianus.
Ariſtænetes.
Ariſtides.
Ariſtoteles.
Ariſtophanes.
Artemidorus.
Athenæus.
M. Aurelius Antoninus Imp.
Bias.
Bion.
Callimachus.
Clemens Alexandrinus.
Demetrius Phalereus.
Demoſthenes.
Dio Caſſius.
Dio Chryſoſtomus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laertius.
Dionyſius Halicarnaſſeus.

Empe-

Empedocles.
Epigrãmata Græca.
Epimenides.
Eraſiſtratus.
Eunapius Sardianus
Euphorion apud Athenæum.
Euripides.
Fauorinus.
Galenus.
Harmenopolus.
Heraclides.
Hermes.
Herodotus.
Heſiodus.
Heſychius.
Hippocrates.
Iſacius Tzetzes.
Ioannes Tzetzes.
Ioſephus.
Laertius.
Lucianus.
Muſæus.
Nemeſius.
Nicander.
Nonnus.
Oppianus.
Oribaſius.
Orpheus.
Panætius.
Pauſanias.
Philo.
Pindarus.
Plato.
Plutarchus.
Pollux.
Porphyrius.
Polybius.
Polyænus.
Proclus.
Procopius.
Q. Calaber.
Scholia ĩ Alexipharmaca Nicandri.
Simonides.
Sophocles.
Stobæus.
Strabo.
Suidas.
Syneſius.
Theocritus.
Theognis.
Theophraſtus.
Theophilus. I. C.
Thucydides.
Tryphiodorus.
Xenophon.
Xiphilinus.

LATINI VETERES.

Accius.
Acron.
Aelius Lampridius.
Aelius Spartianus.
Aemilius Probus.
Afranius.
Agellius, ſiue A. Gellius.
Alphenus.
Ammianus Marcellinus.
Antonini Aug. Itinerarium.
Appuleius.
Arnobius.
Aſconius Pedianus.
Aſinius Pollio.
Atteius Capito.
Cælius Aurelianus.
C. Iulius Cæſar.
Cæſellius Vindex.
Caius I.C.
Calliſtratus I. C.
Calpurnius.
Carmen de Peruigilio.
Caſſiodorus.
Cato.
Catullus.
Cæcilius poeta.
Celſus.
Cicero.
Claudianus.
Cloatius.
Codex Iuſtiniani Imp.
Columella.
Cornelius Nepos.
Corn. Tacitus.
Digeſtorum liber.
Diomedes.
Donatus.
Duodecim Tabularum leges.
Ennius.
Epitome Liuiana.
Fabius Pictor.
Feſtus.
Frontinus.
Fulgentius.
Furius Antias.
Gellius, ſiue Agellius.
Gratianus.
Germanicus.
Heluius Cinna.
Horatius.
Inſtitutiones Iuſtiniani Imp.
Iulius Firmicus.
Iulius Hyginus.
Iul. Rhetor.
Iuſtiniani Imp. Inſtitutiones.
Iuuenalis.
Labeo.
Laberius.
Lactantius.
T. Liuius.

Luca-

Lucanus.
Lucilius.
L. Annæus Florus.
Lucretius.
Macrobius.
Manilius.
Marcellus Empiricus.
Martianus Capella.
Martialis.
Maſſurius.
Metelli oratio apud Gellium.
Minutius Felix.
Modeſtinus.
Næuius.
Nonius Marcellus.
Ouidius.
Pacuuius.
Pandectæ Iuris.
Panegyricus ad Cōſtantinum Imp.
Papinianus I. C.
Papinius poëta.
Paulus I. C.
Pedo Albinouanus.
Perſius.
Petronius Arbiter.
Plautus.
Plinius.
Pomponius I.C.
Pomponius Mela.
Porphyrion in Horatium.
Priſcianus.
Probus.
Propertius.
Prudentius.
Q. Claudius Quadrigarius.
Q. Scæuola.
Quinctilianus.
Salluſtius.

Scribonius.
Sempronius.
Seneca pater, Rhetor.
Seneca F. Philoſophus.
Q. Serenus.
Seruius in Vergilium.
Sex. Pōpeius Feſtus.
Sex. Aurel. Victor.
Sidonius Apollinaris.
Suetonius.
Symmachus.
Tacitus.
Terentius.
Theodoſius Imperator.
Tibullus.
Tiro Tullius.
Titinnius.
Tranquillus, Vide Suetonius.
Trebellianus.
Trogi Pompeii Epitome.
Tubero.
Turpilius.
Valerius Maximus.
Val. Flaccus.
Val. Probus.
Varro.
Vegetius.
Velleius Paterculus
Verrius Flaccus.
Vibiſcus.
Virgilius.
Vitruuius.
Vlpianus.
Vopiſcus.
Vulcatius.

LATINI Recentiores.

Accurſius. Adagiorum ſcriptor.
Adrianus Turnebus.
Albertus Magnus.
Andreas Alciatus.
Angelus Politianus.
Bartolus I. C.
Bayſius.
Cælius Rodiginus, & Calcagninus.
Carolus Sigonius.
Dantes.
Dionyſius Lābinus.
Domitius Calderinus.
Felicianus.
Felinus.
Flauius Blondus.
Franciſcus Connanus.
Franc. Luiſinus.
Galeottus Martius.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus Canterus.
Hermolaus Barbarus.
Hieronymus Mercurialis.
Iacobus Conſtātius.
Iac. Cuiacius I. C.
Iac. Cruquius.
Ioachinus Perionius.
Ioannes Ferrarienſis.
Io. Goropius, Becanus.
Læuinus Torrētius.
Laurentius Valla.

Laza-

Lazarus Bayſius.
Leonardus Aretinus.
Ludouicus Ruſſardus.
Ludouicus Viues.
Marcellus Vergilius.
Muretus.
Nicolaus Liranus.
Onuphrius Panuinius.
Panormitanus.
Petrus Victorius.
Petrus Aponenſis.
Philippus Beroaldus
Pierius Valerianus.
Rebuſſus.
Robertus Titius.
Robortellus.
Salesberienſis.
Scaligeri duo.
Sigiſmundus Gelenius.
Theodorus Gaza.
Thomas Linacer.

CANDIDO LECTORI S.

HVNC quidem AVCTORVM ordinem ſeruaſſe oportuit; fatebor enim: Verum ne tanta Indicum varietas minus peritis errandi anſam præberet; vel confuſionem, vt ſolet, pareret, duplici Alphabeti ſerie, Græcorum, Latinorumq. Scriptorum contenti fuimus: vt ſi in priori ordine fruſtra quæſieris, reperias in altero. Dum enim nimis properant Librarij, accidit in conglutinando, Græcos interdum Latinis eſſe permiſtos. Verum in altera editione hæc corrigentur: nam, vt Euripides ait, δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι; Secundæ curæ ſapientiores erunt. *Illud quoque te ignorare nolim, operarum Typographicarum negligentia factum eſſe, vt initio LIPSVS perpetuo legatur, qui LIPSIVS tribus ſyllabis nominandus eſt, vir noſtro ſæculo ingenij, iudicijque præſtantia in litteris coryphæus. Vale.*

INDEX

INDEX PRIMVS SCRIPTORVM

Qui partim illuſtrantur, partim emendantur.

In tres Partes diuiſus.

I. SACRORVM LIBRORVM.
II. GRAECORVM.
III. LATINORVM, cum Veterum, tum Recentium.

Collectus à Benedicto Blancucio Romano, Philoſophiæ, & ſacræ Theologiæ Doctore.

INDICIS PRIMI PARS PRIMA.

BIBLIA SACRA.

GENESIS caput 6. de vita hominis cõtra Lactantium variè explicatũ] Magius lib. 1. miſcell. cap. 4. & Florid. 2. ſucciſ. cap. 4.
Cap. 24. de Meditari, explicatus locus] Nebriſſ. in Quinquag. cap. 27.
Cap. 35. de Debora explicatus locus] Idem cap. 14.
Cap. 38. de Cananæo, explicatus] Idem cap. 48.
LEVITICI 2. & 6. capp. de Simila, & ſimilagine explicatus.] Nebriſſ. cap. 40.
Cap. 6. de collyridis explicatus.] Nebriſſ. in Quinquag. cap. 40.
Cap. xi. de Charadrio explicatus] Idem cap 9.
Ibidem de Mygale animali explicatus.] Idem cap. 30.
Ibidem de Onocrotalo explicatus] Idem cap. 35.
Cap. 20. de Phytonibus locus explicatus] Idem cap. 34.
Ibidem de Lepore ruminante explicatus] Mercur. 5. *Miſcell.* cap. 15.
NVMERORVM cap. 23. de Rethma locus explicatus, & collatus cum 3. Reg. cap. 9.] Nebriſſ. in Quinquag. cap. 1.
Cap. 34. de Daphne explicatus] Idem cap. 13.
DEVTERON. cap. 14. de Camelopardalis, & de Charadrio explicati loci.] Nebriſſ. in Quinq. cap. 7. Ibidem c. 9. de Onocrotalo explicatus] Idem cap. 31.
Ibidem cap. 25. de vxore fratris mortui ducenda ab alio fratre explicatus] Ioſ. Caſtalio lib. Varia. cap. 15.
I. Regum cap. 5. de Beth Dagon explicatus locus] Nebriſſ. cap. 6. Ibidem cap. 28.

de Phytonibus expoſitus.] Nebri. c. 24.

2 Reg. cap. 6. de Collyrida explicatus] Idem cap. 12.

Cap. 21. de Michol expoſitus.] Idem cap. 29.

3. Reg. cap. 2. de oſculari manum explicatus] Lipſius 2. Electorum cap. 6.

4. Reg. cap. 6. de Hiſtris expoſitus.] Nebriſſen. in Quinquag. cap. 42.

II. Paralip. cap. 2. de lignis arcontinis explicatus locus] Nebriſſ. in Quinqua. c 1.

PSAL. 15. de Dextera explicatus] Nebriſſen. in Quinqua. cap. 38.

Pſal. 21. examinatus in principio.] Nebr. in Quinqua. cap. 24.

Pſal. 30. locus explicatus] Nannius 2. Miſcell. cap. 4.

Pſal. 31. de Chamo, & fræno locus explicatus] *Mercur.* 5. var. c. 5. An idem ſit cum loro] Nannius 2. Miſcell. cap. 9.

Pſal. 44. de ſcutularis explicatus] Nebr. in quinq. cap. 35.

Pſal. 109. de, ſedere ad dexteram, explicatus] Idem cap. 38.

Pſal. 119. de Rethamim expoſitus] Idem cap. 1.

Pſal. 138. de Nimis explicatus] Nannius 2. Miſcel. cap. 12.

PROVERB. 3 cap. de Dextera explicatus] Nebriſſ. cap. 15. Ibidem cap. 8. de Meditari expoſitus locus] Idem cap. 27.

Cap. vltimo de Cananæo explicatus] Idē cap. 48.

ECCLESIASTICI cap. 33. de Simila, & ſimilagine expoſiti loci] Nebriſſ. in Quinq. c. 43. Locus alter explicatus] Magius 1. Miſcell. cap. 17.

ESDRÆ cap. 6. de Mæniano locus explicatus] Nebriſſ. in quinq. cap. 26.

IOB cap. 31. de Oſculari manum, explicatus locus] Lipſius 2. Elect, cap. 6. *Muret.* in varijs.

ISAIAE cap. 28. de Gith, & Geſach explicatus locus] Nebriſſ. cap. 19.

Cap. 34 de Onocrotalo expoſitus locus] Nebri. cap. 32.] Ibid. cap. 68. de Meditari explicatus] Nebriſſ. cap. 27.

IEREM. cap 2. de herba fullonum explicatus locus] Nebriſſ. cap. 21.

EZECH. cap. 1. & 8. de Electro loci explicati] Nebriſſ. in Quinq. cap. 17.

DANIEL cap. 14. de Schino, & Prino locus explicatus contra Iacobum Conſtantium] Nebriſſ. cap x.

AMOS cap. 6. de vino locus explicatus.] Mercur. 1. var. cap. 27.

MALACHIAE cap. 3. de Herba fullonum explicatus locus] Nebriſſ. cap. 21.

Ex Nouo Teſtamento.

MATTHAEI cap. x. de Zonis explicatus] Nebriſſ. cap. 44.

Cap. 19. de Tibicinibus locus explicatus] Nebriſſ. c. 45, & Magius 1. Miſcell. c. 13.

MARCI cap. 5. de Tabitha locus expoſitus] Idem cap. 44.

LVCAE 1. cap. de Signis explicatus] Nannius 7. Miſcel. cap. 14.

IOANNIS V. cap. de Bethſaida explicatus] Nebriſſen. cap. 5.

ACTA APOST. Cap. 27. de Crinibus præciſis in naufragio explicatus locus] Durant. 2. var. cap. 9.

Cap. 27. de Melita Inſula explicatus locus] Idem cap. 28.

Cap. 28. de Caſtoribus locus expoſitus] Nebriſſ. Ibidem cap 27.

D. PAVLI Epiſt. 1. ad Timoth. cap. 5. de Matronis locus illuſtratus] Durant. 1. Varia. cap. 7.

APOCAL 1. de Oricalcho locus explicatus] Nebriſſ. Ibidem cap. 4.

INDI-

INDICIS PRIMI SCRIPTORVM

PARS II.

QVAE EST GRAECORVM.

AELIAN.lib.1.var.hiſt.de Myrmecide locus expenſus.] Cagnat.3.var.c.17.
Lib.2.de Anniceri locus explicatus.] ibid.
Lib.de hiſtor.animalium locus reprehenſus.] Brodæus 4.Miſcell.cap.4.
Lib.7.var.hiſtor.de Roma locus caſtigatus.] Titius 7.Contro.c.13.
Lib.13.var. hiſtor. locus de Xenocrate reſtitutus.] Titius 9.contro.c.18.
13 hiſtor. de bitumine foſſili collatus cum Strabone.] Cagnat.4.var.c.14.
Lib.14.de hiſt.animal locus de fluminis nomine emendatus.] Titius 3.contr.c.3.
In var.hiſt. de Pindaro locus emendatus.] Titius 5.contro.c.17.
AESChili apud Stobæũ ſer.119. verſus emendati,& reſtituti.] Th.Canter.1.var.c.14.
In Perſis locus reſtitutus.] G.Canter.8.nouar.c.1.
De ſeptem ad Thebas reſtitutus.] G.Canter.1.nouar.c.5.
Locus notatus,& explicatus.] Canter.2.nouarum.c.19.
Verſus reſtitutus.] Canterus 8.nouarum.cap.11.
Verſus apud Galen.duo reſtituti] Canterus 3.nouar.lect.cap.5.
Apud Stobæum ſerm.117. locus de morte examinatus.] Titius 4.contro.c.20.
Aeſchinis in Cteſiphontem locus explicatus.] Brodæus 5.c.12.
Alex. Tralliani locus de bile reſtitutus.] Mercur.1.var.c.23.
Lib.8. c.de profluuio ſanguinis locus emendatus] Cagnat.3.var.c.3.
ALEX.Aphrod. problema latinè verſum] Titius 9.contro.c.5.
Lib.probl.1.locus de vino gelaſcente confutatus] Brodæus 5.c.31.
1.Probl.locus de liciijs emendatus,& explicatus] Mercur.1.var.c.11.
2.Quæſt. nat. c.20. locus de Somno refutatus.] Mercur.2.var.c.15.
Anacreontis in Odis loca reſtituta.] Canter.2.nouarum.c.13.
Eiuſdem carmen expoſitum,alterum correctum.] Canterus 5.nouarum.c.7.
Andocidis in Orat. de miſteriis locus correctus] Canter.8.nouarum.c.10.
Antiphanis in Omphale verſus de aqua explicati.] Mercur.1.var.c.8.
Apollodorus lib.2.Biblioth.reſtitutus] Canter.3.nouarum.c.13.
De Titanum progenie emendata loca] Canter.4.nouarum.c.13.
APPianus ἐν Κελτικῆς emendatus] Brodæus 3.Miſc.c.16.
Lib.1.Bellorum ciuil.locus de Graccho notatus] Lipſius 1.elect.c.8.
Ibid.de Octauio locus notatus] Lipſus 1.electo.c.23.
Lib.5. locus de nauibus ſubmittendis explicatus] ibid.
Archeſtrati apud Athen.3.Dipnoſ.verſus vitiati] Mercur.1.var.c.25.
Archigenis apud Gal. locus emendatus] Mercur.1.var.c 5.
Arethæii in lib. περὶ χρονίων παθῶν locus de Inſania explicatus] Mercur.3.c.15.
Arriani in Epictetum plura loca emendata] Brodæus.6.c.17.
Ariſtidis in Apolog. communi locus inuerſus] Canter.4.nouarum.c.18.
In Orat.pro Rhetorica locus illuſtratus] Canter.6.nouar.c.15.
Ariſtæneti loca emendata in Epiſtolis] Canter.3.nouar.c.19.
Ariſtophanis locus declaratus] Brodæus 1.Miſc.c.36.
Loca duo correcta] Canter.6.nouar.c.7.
Locus corruptus reſtitutus.] Canter.4.nouar.c.18.
In Nebulis loca explicata] Brod.5.c 18.
Ibid.locus de filijs Hippocratis explicatus] Cagnat 4.var.c.1.

In Auibus,& Lyſiſtrata reſtituta loca] Canter.5.nouar.c 3.
Ibid. verſus reſtituti,& explicati] Garrio.2. emend c.13.
In Comœdia Εἰρήνη locus explicatus] Cagnat.2.var.c.18.
In Pluto verſus reſtituti, & explicati] Brod. 1.Miſcel.c.7.
In Veſpis locus explicatus] Ibid.,& Interpres notatus] Cagnat.3.var.c.16.
ARISTOTELES in Categorijs de verbo, Habere, locus illuſtratus.] Muret 6.var c.7.
In lib. Poſt. ſyllogiſmi definitio latinè verſa.] Gell.15.noct.att c.26.
In Poſt.Analyt.de Prænotionibus locus explicatus.] Muret.6.var.c.1.
6.Phyſ. locus de Achilleo argumento Zenonis explicatus] Titius 2.contr.c.14.
In Rhetoricis locus explicatus, & reſtitutus] Magius 4.Miſcell.c.17.
1.Rhetor. loci quidam ex Platone ſumpti] Muret.11.var.c.18. & 12.c.13.
Ibid.locus de Fœlicitatis partibus correctus] Muret.7.var.c.7.
Ibid.locus alter emendatus] Titius 7.c.6.
Ibid.de probitate dicentis locus correctus.] Muret.2.var.c.1.
Ibid. locus cum Iſocratis oratione aduerſus Sophiſtas collatus] 4.var.c.11.
Ibid.locus,ab Amicis cauendum illuſtratus.] Muret.2.var.c.11.
2.Rhetor.contra P.Victor.locus explic.] Muret.8.var.c.2.
Ibid.de Contrariorum poteſt.locus explic.] Item & emendatus] 8.var.c.7.
Ibid.de eadem re locus explic] c.8.
3.Rhetor.loci duo reſtituti.] 7.var.c.8.
1.Topicorum loci duo correcti.] 6.var.c.8.
Ibid.de particula πρὸς illuſtratus locus.] 7.c.9.
2.Topic.locus de τόπος correctus, & illuſtratus.] 7.var.c.10.
2.Meteor. error confutatus.] Magius 3. Miſcell.c.6.
Ibid.alter locus confutatus.] c.15.
2.Meteor. locus de ventis contra Luiſinium defenſus.] Titius 5.contro. c.2.
explicatus idem ex Olympiodoro.] ibid.
3.Meteor.de Caſu Antipherontis examinatus] Mercur.5.var.c.7.
4.Meteor.locus de ſale,& nitro confutatus.] Mercur.4.var.c.9.
Ibid. de Antiperiſtaſi defenſus locus.] Th. Canter.1.var.c.6.
Ibid.de ſale defenſus.] c.19.
4.Meteor. locus de Ceruorum ſanguine notatus.] Th.Canter.1.var.c.19.
1.Polit. de Origine ſeruitutis locus reſtitutus.] Muret.15.var.c.12.
2.Polit.de Hippodamo locus correctus.] Muret. 1. var. cap.14. Alter locus Herodoto collatus.] Merc.4.var.c.3.
Ibid. locus de Ebriorum pœna emendatus.] 14.var.c.12.
7.Polit de domibus,& ventis locus emend.] 14.var.c.14.
Ibid.de fœlicitate emendatus.] 9.var.c.5.
Alter locus reſtitutus.] 6.var.c.8.
Ibid. locus de Iure ciuili correctus, & illuſtratus.] Muret.8.var c 13.
1.Ethic.Nicom.locus de Verſibus circularibus explic.] Titius 3.contro.c.22.
4.Ethic.prouerbium explicatum.[Beroal.in append. Annot.c.3.
Ibid. locus emendatus.] Canter. 4. noua. cap.27.
5.Ethic. locus expoſitus.] 3.noua.c.15.
6.Ethic.cap.6. locus illuſtratus.] Canter.1. var.c.2.
6.Ethic.c.6.locus contra Lambinum defenſus.] Th.Canter.1.var.c.1.
1.de Hiſtor. animal. c.11. locus de Capris examinatus.] Mercur.2.var.c.10.
3.de hiſt.animal. c.16. de Strumis loci examinati contra Gazam.] Mercur. 6. var. cap 10.
Ibid. locus de pilis palpebrarum expenſus.] Mercur.5.var.c.9.
5.de hiſt. animal. c.19. locus de animalibus perpenſus, & explicatus.] Item & emendatus.] Mercur.3.var.c.14.
Eodem lib.c.22.locus de melle correctus, & explicatus.] 2.var.c 24.
Ibid.locus de bombyce caſtigatus] Cagnat. 4.var.c.11.
Ibid.locus de animalibus in igne, & niue natis defenſus.] Th.Canter.1.var.c.23.
Idem locus aliquomodo caſtigatus] c.24.
Ibid.de mellis tractatione locus examinatus de vera lectione.] 2.c.4.
Collatus cum Plinio lib 11.cap.10.] ibid.
Ibid. de fauis veſparum locus emendatus.] Th.Canter.1.var.c.7.
6.de hiſtor. locus de Camelinis carnibus examinatus.] Mercur.2.var.c.5.
Ibid. de ouorum putamine locus notatus.] Th.Canter.1.var.c.9.
7.de hiſt.animal.c.2.de Menſtruis locus notatus.

tatus.] 5.var.c.4.
Ibid. locus alter notatus.] 7.c.4.
Lib.eodem c.10.de riſu puerorum examinatus.] Mercur.5.var.c.17.
1.de hiſt.animal.c.21.& 23.loci emendati.] Mercur.6.var c.10.
Ibid.cap.5. locus de Hyæna explicatus.] 6. cap.18.
Ibid. de equorum morbis locus ſuppletus.] Th.Canter.1.var.c.7.
Ibid.c.22.locus de rabie reſtitutus,defenſus, & explicatus.] Mercur.1.var.c.2.
10. Cap. vlt. An belluæ ſomnient examinatus.] Mercur.5.var.c.17.
2.de part.animal.cap.4.locus de ſanguine examinatus.] Mercur.6.var.c.2.
3. de partibus locus de lumbis caſtigatus.] Cagnat.4.var.c.7.
Ibidem c.15. locus de leporis coagulo perpenſus.] Mercur.5.var.c.12.
3. de generat. animal. locus notatus.] Th. Canter.1.nouar.c.9.
4.Probl.22. emendatus, & explicatus.] Mercur.1.var.c.9.
Lib.5.probl.1.loci emendati.] ibid.
Ibid. probl. 8. locus de eadem re explicatus.] ibid.
Sect.1.probl.12.de ſmyrnæ explicatus.] 6. var.c.24.
Sect.5.probl.5.locus expenſus.] Mercur 6. var.c.3.
13.Sect.probl. de aqua marina illuſtratus.] Cagnat.3.var.c.9.
20.Sect. probl. de mente locus ex Hippocr. correctus,& illuſtratus.] Mercur.4.c.8.
23.Sect probl.26.locus explicatus.] Mercur. 1.var.c.17.
31. proble. de Epilepſia confutatus] 4. var. cap. 9.
31. Sect. proble. 7. de auribus, & vlceribus locus notatus] Mercur. 6. var. cap. 24.
34. probl. 1. locus de dentibus perpenſus] 6. var. cap. 8.
44. probl. ſect.x.de ructu explicatus] 6.var. cap.18.
Eiuſdem problemata duo explicata.] Gell. 19. noct. att. cap. 4.
Aliud problema explicatum] ibidem cap.6.
Lib. de Sideratione locus de antiperiſtaſi defenſus.] Th. Canter. 1. var. cap. 6.
De Senſibus, & ſenſilibus locus de oculorum ſplendore in tenebris notatus.] Th. Canter 1. var. cap. 9.
Lib. περὶ θαυμασίων locus emendatus.] Th. Canter. 2. var. cap. 16.
Alter locus ibidem ex Plinio emendatus.] cap.17.
Lib. ζωικῶν de piſce aſello emendatus.] Mercur. 4. var. cap. 16.
Lib. de memoria locus explicatus.] Gell.7. noct. att. cap. 6.
Lib. de Ebrietate locus expoſitus.] Macrob. 7. Saturn. cap. 6.
Artemidori lib. 1. ſyluæ ſomniorum cap.50. locus illuſtratus.] Lipſus 2. electo.cap.15.
Athenagoræ,in Apol. loci duo reſtituti.] Canterus 8. nouarum cap. 8.
ATHENæi defectus inſignis ſuppletus in Dipnoſoph.] Canterus 3. nouarum. cap. 31.
Locus reſtitutus.] Canter. 4. nouarum. cap. 17.
In Anaxandro,& Pherecrate,& alijs quam plurimis locis reſtitutus.] Canter.4.nouarum. cap. 5.
Locus de Oſprio explicatus.] Merc.4. var. cap. 5.
De cœnis alter locus explicatus.] 4. cap. xi.
De Cephiſidoro locus explicatus.] Durāt.5. var. cap. 13.
1. Dipnoſ. cap. 17. & lib. 10. cap. 9. emendatus.] Magius 1. miſc. cap. 18.
Lib.2.locus de medulla explicatus] Cagn. 3.var. cap.12.
Lib. 3. emendatus de Stacte.] Brodæus 5. cap. 7.
Alia loca emendata.] cap.15.
In 3.locus de Tracta explicatus.] Mercur. 1. var. lec.c.12.
Locus de Aconito emendatus.] Mercur. 3. var. cap. 4.
Lib. 5. locus reſtitutus] Canterus 7. nouarum cap. 23.
5. cap. 8. explicatus.] Magius 1. Miſcell. cap. 12.
Ibid. de Togis Romanorum locus explicatus.] Titius 9.Contro. cap. 24.
Lib.9.circa initium locus ſuppletus.] Th. Canter. 1. var. cap. 8.
Lib. 11. illuſtratus locus.] Canter. 6.nouarum. cap. 15.
Lib.14.locus explicatus de palmis.] Mercur. 1. var. cap. 3.
Ibid. locus de Strabonis patria caſtigatus.] Cagnat. 3. var. cap. 20.
Lib. 16. locus de Anazarbeo explicatus.] Cagnatus 2.Var. cap. 28.
Ibid.de vnguentis locus emendatus.] Mercur. 1. var. cap. 11.

APVLeius lib. Mileſiarum de prima face locus explicatus.] Brodeus 4. c. 33.
Mileſ. 1. & 9. lib. loca plurima emendata.] Gulielm. in Trinummo. cap. 3. 4. 6.
1. & 3. loci correcti.] Lipſius 2. Epiſt. 22.
Ibid. loci correcti.] Guliel. 2. Veriſ. c. 4.
Ibid. loca emendata, & explicata.] Beroal. in Annotat. in Apul. & Durant. 1. var. c. 11.
Lib. 4. loca ſex emendata, & explicata.] Pius in Annotat. annotat. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
Lib. 6. locus de cæleſti Dea explicatus.] Lipſius 5. epiſt. 12.
Lib. 8. loci duo explicati.] Idem 3. epiſt. 12. & Titius 9. Controu. cap. 17.
Ibid. de Porro Quiriter emendatus locus.] Th. Canter. 1. Varia. c. 3. Alter locus reſtitutus.] Villioma. in Titij lib. 9. Controu. cap. 17.
Lib. 8. & 9. loci plures correcti.] Lipſius 2. Epiſt. epiſt. 22. & 2. electo. cap. 15. de ſtigmatis.
Lib. 11. locus de Horis correctus.] Idem 2. electo. c. 18.
I. LIB. Floridorum locus reſtitutus.] Pithæus 1. aduerſa. c. 16. & 17. Alter locus reſtitutus.] Idem lib. 2. c. 14.
Ibid. ab initio locus correctus.] Lipſius 1. elect. c. 18. & Fruter. 2. Veriſimil. c. 16.
Lib. 2. de Samo locus emendatus.] Titius 6. Contro. c. 9.
Lib. 3. Locus interpolatus.] Fruter. 2. Veriſimil. c. 16. Ibidem de Præfiſcine locus reſtitutus.] Muret. 9. var. c. 3. Ibidem locus de Principibus correctus.] Lipſius 1. elect. c. 18.
Lib. 4. duo loci correcti.] Ibid. Lipſius, & Gulielm. in Miſcell c. 4. & Pithæus 1. aduerſ. cap. 17.
Ibid. locus de Aſclepiade correctus.] Lipſius 2. Elect. c. 21.
Ibid. & lib. 7. alii tres loci emendati.] Gulielm. 3 Veriſim. c. 13.
APOlog. I. lib. loci tres reſtituti.] Lipſius 2. elec. c. 21. & 2. Epiſtol. 22. Pithæus 2. Aduerſ. cap. 11.
Locus de Vmbris explicatus.] Brodæus 5. Miſcell. cap. 11. Ibidem alii loci emendati.] Th Canter. 2. var. cap. 9. Pithæus 2. aduerſ. c. 18. & Fruter. 1. Veriſim. c. 17.
Lib. 2. locus de Computatione explicatus.] Nebriſſen. in Quinq. c. 15.
Locus de Cludine illuſtratus.] Lipſius 1. Elec. cap. 28.
Lib. De Deo Socratis loci duo emẽdati.] Idem 2. elect c. 18. & 21. & 2. Epiſt. 22. Ibidem de

Iuſiurando locus explicatus.] Lipſius 1. Elect. c. 18. Pithæus 2. aduerſ. c. 10.
Lib. de Dogmate Platonis loci emendati.] Canter. 1. var. c. 13. Titius 3. Contro. c. 12.
Lib. de Mundo locus de Frumentaria correctus.] Lipſius 1. elect. c. 8.
Repone ſupra in A. ſuo loco.

B

BIantis ſententia de Amicitiæ modo, apud Cicer. explicatur.] Magius 4. Miſcell. cap. 18.
Bionis Smyrnæi carmen emendatum.] Canter. 1. var c. 20.
Bionis, & Menandri verſus caſtigati.] Canter. 8. nouarum. cap. 3.

C

CAllimachi verſus in Dianam reſtituti, & declarati.] Titius 8. contro. c. 9.
Gugl. Canteri ibi reiecta opinio.
Eiuſd. verſus duo reſtituti.] Canterus 4 nouarum. c. 23.
Eiuſd. verſus reſtitutus.] Canter. 2. var. lect. c. 13.
Eiuſd. verſus alius reſtitutus.] Th. Canter. 2. var. c. 13.
Clem. Alex. in 1. Stroma. emendatus tribus in locis.] Brodæus 1. Miſcel. c. 19.
5. Stromat. locus de Pindaro emendatus, & illuſtratus.] Th. Canter. 2. var. c 11.
Eius item verſio correcta.] Ibid.
Pedagogi lib. 2. de Vnguento quodam locus emendatus.] Titius 4. contro. c. 15.
3. Pedag. cap. 3. locus ex Athen. reſtitutus.] Mercur. 5. var. c. 9.
Eiuſd. loci duo reſtituti.] Canter. 8. nouarum. cap. 17.

D

DEmetrij Phalerei lib. de Elocutione locus de Vaſe ſcortorum declaratus.] Mercur. 6. var. c. 6.
Eiuſd. locus correctus in initio.] Muret. 1. var. c. 16.
Demoſthenis locus cum Saluſtio comparatus.] Gell. 2. noct. c. 27.
Eiuſd. locus explicatus de pileis.] Brodæus 1. Miſcel. c. 12.
In 3. Philipp. loca emendata.] Canterus 8. nouar. c. 2.
Dio Chryſoſt. orat. 1. locis duobus correctus.] Canter. 2. nouar. c. 27.
Orat. 3. de Regno locus ſuppletus, & illuſtratus.] Canterus 1. var. c. 10.

Dio

DIO Caſſius lib.4.loci duo explicati] Lipſus 5.Antiq.cap.8.
Lib.9. de Claudio Imp. locus de lectica explicatus, & correctus.] Lipſus 1.electo. cap.19.
Hiſtor.lib.39.tria loca caſtigata.] Canterus 3.nouar.lect.c.21.
Ibid.de nepote Pompeii cum Suetonio locus conciliatus.] Lipſus 2.elect.c.17.
Lib.55.locus de Germanis reſtitutus.] Lipſus 1.antiq.c.6.
In Commodo locus explicatus.]3.antiq.c 7.
Lib.57. de Archelao locus de lecticis verè explicatus.] Lipſus 1.elect.c.19.
Lib.58.locus emendatus.] Lipſus 3.Epiſtol. epiſt.11.
DIOD. Siculi Bibliothecæ loca duo reſtituta.] Canter.4.nouar.c.9.
Alter locus emendatus.] Canterus 7.nouar. cap.7.
DIOG. Laertii in vita Arceſilai locus illuſtratus.] Muret.11.var.cap.13. Vide, Laertius.
Dionyſ. Alycarnaſſeus emendatus.] Canter.2. var.c.15
Lib.1.loca duo reſtituta.] Canterus 3. nouarum.c.27.
Lib 9.emendatus.] Brodæus 1.Miſc.c.9.
Lib. περὶ τῶν ἐσχηματισμένων locus reſtitutus de Euripide.] Th.Canter.2.var.c.15.

E

EMpedoclis ſentẽtia de animo à Tertul.correcta.] Canter.1.var.c.5.
Epigrammata Græca tribus locis expurgata.] Canterus 3.nouar.c.23.
Epimenidis verſio correcta.] Canter.1.nouar. lect.c.15.
Epiphanij hæreſ.76.locus emendatus.] Canterus 2.nouarum.lect.c.27.
Eraſiſtratus apud Gell.lib.16.c.3.explicatus.] Magius 2 Miſcel.c.1.
Lib.1. διαιρέσεων locus de inedia Scytharum explicatus.] Mercur.6.var.c.12.
Ibid.apud Agellium lib.16.c.3 de inedia explicatus.] Mercur 6.var.c.8.
Verſio in Plutar. lib. de Animi tranquill.reiecta.] Titius 1.Contro.c.24.
Eunapij Sardiani loci complures emendati.] Canterus 8.nouar.c.17.
Euphorionis Calcidici apud Athen. Dipnoſ. lib.4.locus examinatus.] Titius 5.contro. cap.14.
EVRIP. verſus apud Plutar. in Erotico emẽdatus.] apud eund.in lib.an Seni gerẽda reſp. alter locus illuſtratus.] Th. Canter.1.var. cap.25.
Locus correctus, & alii duo explicati.] Canter.3.nouar.c.11.
Alia loca caſtigata.] Canter.6.nouar.c.15.
Ibid.loca reſtituta.] Canter.4.nouar.c.11.
In Hecuba act 2. reſtitutus locus.] Canterus 6.nouarum cap.29.
In Oreſte loca reſtituta.] Canterus lib.1. nouarum.c.9.
Ibid.loca duo caſtigata.] Canter. lib.7.nouarum.c.3.
Ibid. locus perpenſus de Helenæ ſydere.] Muretus 6.var.c.11.
In Phœniſſis loca reſtituta.] Canter.3. nouarum lect.c.3.
Ibid. verſus aliquot caſtigati.] Canter.4.nouar.lect.c.1.
Ibid. verſus aliquot correcti.] Canter.5.nouarum.c.4.
In Medea act.3. locus correctus, & declaratus.] Muret.7. var. c.3.
Ibid. locus reſtitutus.] Gugliel.1.veriſ.c.16. & cum Cicerone collatus in Lælio.
In Hippolito illuſtratus locus.] Brodæus 4. cap.15.
Ibid. locus reſtitutus.] Muret.x. var.c. xij.
In Cyclope verſus partim expoſiti, partim correcti.] Canter. 2. nouarum c.21.
Ibid. locus emendatus.] Canter.5. nouarum. cap.29.
In Andromacha pluribus locis reſtitutus.] Canter. 1. nouarum. cap. 17.
In Supplicibus emendata loca.] Canterus. 2. nouar. c.17.
Verſus apud Porph. cap.de ſpecie explicati.] Muret. 3. var. c.2.
Verſus apud Plutar. emendatus.] Canterus 1. var. c.25.
In Iphigenia loca reſtituta.] Canterus 6. nouarum. cap.23.
Ibid. loci aliquot expoſiti.] Canter. 7. nouarum. c.13.
In Rheſo nonnulla loca declarata.] Canter. 2. nouar. cap.7.
In Bacchis verſus aliquot caſtigati.] Canter. 6. nouar. cap. 3.
In Hercule Furente verſus difficillimus correctus.] Canter.6.nouar.lect.c.13.
In Heraclidis loci caſtigati.] Canter.7. nouar. cap.19.
In Ione locus reſtitutus.] Canterus 5. nouarum. cap. 19.
Ibid. verſus quidam caſtigati.] Canterus 5. nouar.

nouarum cap. xi.
Ibid, vno loco emendatus.] Canter. 6. nouarum. c.25.
In Nutrice locus emendatus.] Muret. 3. var. cap. 11.
Eiuſd. loca duo reſtituta.] Canterus 4. nouar. cap. 19.
Eiuſd. loca duo reſtituta.] Canter. 5. nouar. lect. c.25.

F

FAuorini in Lexico de Omolino correctus locus.] *Mercur.6.* var. c. 2.

G

D. GRegorius in ſuis iambicis emẽdatus.] Th. Canter. 2. var. cap. 14. de Panthera.
In Carmine, ad Virgines de piſce Empyro explicatus.] Mercur. 5. cap. 8.
Apolog. 1. de Epiſcopi officio tribus locis emendatus.] Canterus 3. nouarum lect. cap. 29.

H

HEliodori locus in Aethiopica Hiſtoria emendatus, & auctus.] Canterus 3. nouarum cap. 1.
Heraclidis locus corrigendus.] Canterus 5. nouarum c.29.
Eiuſd. verſus caſtigatus.] Canterus 6. nouarum c.29.
Hermenopoli lib.4. tit.4. de Nuptijs clandeſtinis locus de Coronis illuſtratus.] Duraut. 1. var. cap. 19.
Hermetis Triſmegi. fabula de horarum. 12. diuiſione.] Magius 1. Miſcell. c.15.
Herodianus lib. 4. hiſt. de Aduento Conſule locus reſtitutus.] Carrio. 2. antiq. c.8.
Herodotus in Clio locus de Scytharum morbo collatus cum Hippocrate.] Mercur. 3. cap. 7.
Ibid. locus de νομῆς explicatus.] Brodæus 1. Miſcell. c. x.
In Euterpe locus de Nilo explicatus.] Brodæus 3. Miſcell. cap. 30.
In fine Polymniæ locus reſtitutus.] Carrio 2. emend. c. 3.
Lib. 2. de medicis Aegyptiorum examinatus, & correctus.] Mercur. 2. var. c. 7.
In 4. verba de pueris aduſtis locus notatus.] Mercur. 2. var. cap. 2.
Heſiod. lib. ἔργα καὶ ἡμέραι locus de pedum tumore notatus.] Mercur. 6. var. c.21.
Ibid. prouerbium explicatum.] Beroal. in appen. annot. c. 3.
Eiuſd. carmen difficile illuſtratum.] Canterus 4. nouarum. cap. 3.
Carmen emendatum.] Canterus 5. nouarum. cap.23.
Heſiod. & Homerus eod. vitio repurgati.] Canter. 7. nouarum c 17.
Heſychij in Lexico locus emendatus circa literas Epheſias] Canter. 1. var. c.18.
Ibid. de Omolino correctus locus.] Merc. 6. var. c. 2.
HIPPOCRATES de vnguẽto Aegyptio explicatus.] Mercurial. 2. var. c.19.
De Metopio ibidem emendatus.] c.19.
Lib. de Medico, locus reſtitutus.] c. 20.
Lib. de aere, & aquis locus Ariſtoteli collatus.] Mercur. 4. var. cap.4. Magius 1. Miſcell. c.5.
Alter locus de Scythis Herodoto collatus.] Merc. 2. var. c.26.
I. de articulis 28. de bobus explicat.] Merc. 5. var, c.16.
Ibid de Syrmaciſmo locus explic.] Cagnatus. 2. var. c.18.
Ibidem verſus Homeri explic.] c.19.
Lib. de flatibus de Medicinæ origine explic.] Cagnat. 1. var. c.21.
Ibid. locus difficilis de peſtilentia explicatus.] Magius 4. Miſcell. c.9.
Lib. de nat. pueri locus explic.] Mercur. 4. var. c.16.
Ibid. locus de veſte Dorica reſtitutus.] 5. var. cap.9.
Ibid. locus de Ortu plantarum ab Ariſtot. reprehenſione vindicatus.] Cagnat. 1. var. cap.4.
Alter locus ibid. de Ortu plantarum expl.] cap.5.
Lib. de locis in homine locus emendatus de aurium remedio.] Cagnat. 2. var. c.11.
Ibidem examinata emendatio alterius.] ibidem.
Ibid. locus de oculis emendatus.] Mercur. 2. var. c 8.
Lib. de affectio. locus de morborum ſucceſſione expenſus, varia lectio allata.] Cagn. 1. var. cap.27.
2. Prædictionum locus de Bdella explicatus.] 2. c.2. Cũ Gale. & Dioſcoride collatus.] ibidem.
2. Porriticorum locus de Nyctalope explic.] 2. var. c 3.
Lib. de carnibus locus de genitura 7. dierum perpenſus.] Cagnat. 4. var. c.13.
Ibid. de 7. annorum hebdomadibus emendatus.] 4. var. cap. 14.

10. de

10.de ſimpl.medic.1. locus de Phæniciſſare explic.]Mercur.4.Var.c.13.
Περὶ γονῆς locus reſtitutus, & Lucretio collatus.] 4.Var.c.16.
Lib.2.de Rat.victus in acut. morb. locus explic.] 4.c.17.
Lib. de Septim. & Octim. locus de riſu examinatus.] ibid.c.17.
Περὶ παθῶν de Omolino explicatus, & examinat.]6.Var.c.2.
Ibid.de ficu locus explicatus.] ibid.c.2.
Lib.de ſteril. locus de vino Anthoſmia explicatus.] 6.Var.c.3.
De locis affectis locus de pane calido explicatus.] 6.Var.c.5.
Περὶ νούσων locus correctus.] 6.c.9.
Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν locus de pituitis explic.] 6 var.c.11.
Lib.de Principijs locus de inedia explicatus] cap.11.
De vino locus explic.] Mercur.1.Var c.18.
Lib.de Genitura locus de Venere Mulierum explic.] Mercur.4.Var.c.16.
Ibid.locus de ſemine defenſus,& explic.]Cagnat.1.var.c.2.
Ibid.locus emendatus.] c. 3.
2.Epidem. ſect.5. de Tenophoris explic.] Mercur.6.Var.c.4.
5.Epidem.de caſu Malienſi locus reſtitutus, & explic.diligenter.] Cagnat.4.Var. c.10.
6.Epidem.ſect.5. locus explic.]1.c.1.
Ibid.ſect.3.tex.28. locus explic.] Mercur.6. var.c.13.
1.de acutis locus de βλητῶς explicatus.] 6.Var.c.9
3.de acutis,&] loci de bile explicati.]Mercur.1.Var.c.23
3.de fracturis]
Lib.1.de diæta locus reſtitutus.]Merc.2.Varia.c.2.
Ibid.locus de ſapientia examinatus.] Cagn. 1.Var.c.22.
Lib.de morbis locus de liene explic.] Merc. 6.var c.27.
1.de Morbis de Anthino vnguento examinatus.] 6.Var.c.3.
Mellis vnctione multi caſtigati à veteribus, & ad ſtipitem alligati.] Titius 3. Contr.c.7.
Mellis prouentus, ex quibus cognoſcatur.] Mercur.2.Var.c.24.ex Ariſt.
Quale ſit optimum.] ex Plin. ibid.
Mel conſeruat mortua.] ibid.
Melle condita mortuorum corpora apud veteres.] Mercur. ibid.
in Melle ſepeliebant Græci mortuos.] Idem lib eodem.
Mela frater Senecæ Philoſophi, & filius illius Senis.] Lipſius 1.Elect.c.1.
Melancholia humor, qualis?] Mercur.6.Var. cap.27.
Melancholici frequenter, cur lachrymas fundant] ibid.
Melancolici ſine cibo pluribus diebus viuere poſſunt.] ibid.c.12.
Melampodem imitabor; adagium ex Herodoto.] Titius 7.Contro.c.24.
Melum oppidum.] Brodæus 6. Miſcellan. cap.18.
Melia inſula.] ibid.
Melia fames; prouerbium.] ibid.
Melicæ gallinæ falsò; quæ medicæ.] Florid.2. Succiſ.c.19.
Meliſippi Spartiatæ dictum præclarum.] Muret.13. Var.c.16.
Melo Fluuius apud Feſtum.] Carrio 2. c.14.
Membra integra habere debet, qui Deo ſacrificat; ex Theodorito quæſt.30.in Leuit.] Magius 4.Miſc.c.4.
MEmnon filius Tithonis, & Auroræ.] Florid.3. Succiſ.c.1.
Memnon ab Achille peremptus.]
Memnonis Coloſſus, Templū, Sepulchrum.]
Memnoniæ aues.] ibid.
Memphitarum religio.] 3.c.1.
Memoriæ locus in aure.] Muret.12. Var.c.5. ex Seneca.]
Memoria quibuſdam admirabilis.] Muret.3. Var.c.1.
MEnandri Comœdiæ locus perpenſus.] Gell. 2.Noct.Att.c.23.
Menāder quot Comœdias reliquerit.] Gell. 17.Noct.Att.c.4.
Menecrates medicus quis fuerit.] Mercurial.3. Var.c.22.
Mendeſium vnguentum.] Cagnat. 2. Variar. cap.9.
Cuius coloris, &
An differret ab aliis Aegyptiis.]
Mendici robuſti reprehenſi.] Muret.13.Var. cap.4.
MENſa ſolebat dedicari in templo.] Macro.3. Satur.c.11.
in Menſa quando libare licuerit.] ibid.
Menſæ ſecundæ quales eſſe debeant.] Gell. 13.Noct.Att.c.11.
Menſa Alcinoi, qualis.] Macrob.7. Saturn. cap.1.
Menſæ antiquorum ex qua materia eſſent.] Lipſius.3. Antiq. cap. 1.
Nobilium ex qua materia conſtarēt.] Ibid.
Menſæ inferiorū ex qua materia cōſtarēt.] ibidem.
Menſæ duæ { Poculorum / Epularum } veteribus } Lipſius 3. Antiq. cap.1.
Menſa ad effigiem litteræ græcæ facta.] Brodæus 3. Miſc. c.14.
Menſæ Siculæ, & Italicæ.] Brodæus 5.c.33.
Menſium ordinatio a quo facta apud Roman.]
Nomina quæ illis impoſita, & vnde dicta.] Macro.1.Satur.c.7.

Eorundem ordinatio facta à Numa.] c. 13.
Menſium initia ab exortu lunæ à veteribus ſeruata.] Macro.1. Satur. c.17.
Menſe nono, decimo, & octauo mulieres edunt partus,& quare hæc varietas.] Gell. 3.Noct. Att.c.16.
Menſores frumentarii qui.] Lipſ.1. Elect.c.8.
Menſtruum ore hiabant veteres infames.] Mercur.4. Var. c. 13.
Menſtruum quibus menſibus mulieribus accidat.]Mercur. 3 Var. c.4.
Ariſtotelis ſententia reprehenſa.] ibidem.
Menſura Nili fluminis aſcendentis in templum Serapidis deferebatur.]Duran.2.Var.c.18.
Menſuræ potus antiquorum tres.] Merc. 1. Var. c.22.
Menta tempore belli olim ſeri prohibita, ex Ariſt.] Mercur.4. c.8.
Genitale ſemen corrumpit.] ibidem.
Mentem æquam in rebus ſeruare ſecundis difficile.] Muret.5. Var.c.15.
Menti tres ſpecies attribuit Ariſt.] Egnat.in Racemat.c.21.
Mentis ideæ tres ex tribus ſpeciebus.]Egnat. ibidem.
Mentis tranquillitati faba contraria eſt.]
Meracum vinum auſterum.] Brod. 1. Miſcell. cap. 36.
Mercatus rerum furtiuarum vbi nàm Romæ fieret.] Durant. 1.Var.c.5.
Mercatores Deæ Maiæ ſacrificant, & quare.] Macrob.1. Satur.c.7.
Mercurius idem Deus, quod Sol.] Macrob. 1. Satur. c. 22.
Mercurii ſimulachra qualia.] ibid.
Pinnæ cur eidem attributæ.]
Mercurio Terreſtri deductoris animarum officium ab antiquis tributum.] Magius 4. Miſce. c.11.
Mercurius tàm ſuperorum,quàm inferorum legatus, & præco creditus ab antiquis.] Magius4.Miſcell.c.11.
Mercurius emiſſor, & deductor terreſtris dictus, & quare.] Magius 4. Miſc.c.11.
Mercurii quinque apud priſcos, ex Arnob.] Canter.2.Var.c.10.
Mercurius non ex omni ligno olim effingebatur.]Brodæus 4.Miſcell.c.6.
Mercurij laudes apud Hora. lib 1.ode.10.& & Ouid.Faſt.5.] Ioſ.Caſtal.lib.Var.c.38.
Mercurii pater Autolycus.
Ars, ſiue exercitium.]Flor.1.Succiſ. c.3.
Meretrices exugulæ dictæ à Plauto,& quare.] Titius 8. Contro. c. 7.
Dictæ hirundines apud Theocritum, & quare.] ibid.
Meretrices ſolitæ ſummoueri à lictoribus.] Lipſius 1. Electo.c.23.
Olim cur ſtatuas coronarent.] Lipſius 3. Antiq.c.3.
Mari comparatæ à Plauto.] Lipſius. 5. Ant. cap. 21.
Meretrices Calamitates dictæ, apud Terentium, & quare.] Nannius 1. Miſc. c.14.
Meretricii mercatus dies qualis.]Durant.1. Var. c.2.
Meretricum cellis tituli olim impoſiti.] Durant.1.Var.c.2.
Meretrices nomen mutabant.]
Meretricis nomen in fronte.] ibid.
Mergi qualia ſigna dent tempeſtatis futuræ.] Villiom. in Titii lib.9.Contro.c.16.
Mergi imbres prædicunt.] Titius 9. Contr. c. 16. ex Vergil.
μέροπες homines ab Homero qua ratione dicti ſint.] Florid.3. Succiſ. c.3.
Meſſalinæ fœminæ proſtituta libido.] Mercur.4.c.16.
MEſſias duos hebræi confingunt.]Florid.2.Succiſ.c.4.
Meſſis quæ optima ex Vergil.] Florid. 2. Succiſ.c.14.
Meſſis tempore,& vindemiarũ res iudicandæ differebantur.]Pithœus 2.Aduerſ.c.20.
Metaciſmi in oratione vitandi.] Brodæus 3. Miſc.c 14.
Metalla an ſint ſeptem.] Brodæus 6. c.23.
Quibus ſtellis tribuantur.] ibid.
Metallorum variæ quondam ſpecies extiterunt, quæ penitus exciderunt.] Brodæus 6. c. 23.
Multæ quotidie oriuntur ſpecies.] ibid.
Metamorphoſis Ouidii ſeries ad compendium breue redacta.] Canter.1. Nouar. cap.20.
Methodici per circulos curabant, & quid ſit.] Mercur. 6.Var .c 11.
Metia porta Romæ.] Muret.9. Var. c.13.
Metii Suffetii hiſtoria.] Gellius.20. Noct.Att. cap.1.
Eidem pœna quæ inflicta.] ibid.
Metiri omnes vna pertica;prouerbium.] Titius 8. Contro. c.14.
Metonis pluſquàm annus eſt;prouerb.] Lipſius 1. Electo. c.1.
Metrodori opininio de beatitudine.] Cante.2. Var.c.6.
Metus cur cauſet pallorem.] Macrob.7. Satur. cap.11.

Metus

Metus,& Spes naturaliter quaſi coniunguntur.] Muret. 12. Var. c. 6.
Mezentius contemptor Duum, cur ſit dictus à Vergil.] Macro. 3. Sat.c.5.
MIchael Archangelus animas è corpore egreſſas deducit in Cœlum.] Magius 4. Miſcell. c.11.
Μὴ μνησικακεῖν verbum, quo Athenienſes in ſedandis diſcordiis vtebãtur.] Muret. 2. Varia.cap.15.
Mileſiæ Virgines voluntariè ſe ſuffocarunt.] Gell. 15. Noct. Att. c.10.
Mileſii populi delitiis, luxuque notabiles.] Politia in Miſcell. c.16.
Mileſiarum virginum inſania.] Brodæus 5. cap. 27.
MILitum iuſiurandũ quibus verbis conceptũ.] Gell.16. Noct.Att.c.4.
Milites pœnâ ſanguinis emiſſionis, & ſolutionis venæ puniti.] Gell.10. Noct. Atticar. cap.8.
Mlitibus extra ordinẽ, & ſtatim ius dicebatur apud Romanos.] Pithæus 2. Aduerſ. cap.20.
Milites Imperatorem ab ipſis electum in altum tollebant ſupra ſuos humeros.] Pithæus 2.cap. 6.
Milites, tituli, dicti, & quare ex Feſto.lib.18.] Magius 1.Miſcell. c. 14.
Militum in prælio cæſorum lex ſtatuta ad ſepulturã, & pæna contra Duces non ſepelientes.]Magius 2. Miſc.c 19.
Militi quomodo primum ſtipendium datũ.] Lipſius 1. Electo. c.2.
Militi quando veſtis gratuita data.] ibid.
Militis ſtipendium primum exiguum]
Militis græcanici merces drachma.]ibidem.
Militis menſtruum ſub Auguſto Aureus Romanus.] ibid.
Militum veſtis propria pænula.] Lipſius 1. Elect.c.25.
Militibus non inſignibus annulus ferreus datus.] Lipſius 2.Elect.c.8.
Milites ſtantes, non decumbentes more veterum prandebant.] Durant.2.Variarum. cap.19.
Milites à ducibus qua ratione ad bellandum fortiter accenſi.] Titius 10. Controuerſor. cap. 19.
Milites nupti an fortius gerant ſe in prælijs, quàm innupti.] ibid.
Exemplum de Aſſyriis, & alijs.]
Militum pæna apud veteres cum ſanguinis miſſione.] Muretus 13. Variarum Lect. cap. 20.
Cur eſſet ignominioſa.] Muretus. 13.Var. cap.20.
Milites Syneſij potius mortem ſibi conſcire, quam naufragio perire deliberant.] Nann. 7.cap.2.
Milites morientes in bello ſepeliebantur ſumptibus communibus legionis.] Magius 2.Miſcell.cap.19.
Militare iuſiurandum diuerſimodè factum à diuerſis populis.] Durant. 1. Variar. Lect. cap.8.
Eius verba ſolemnia apud veteres.] ibidem Durant.
Militaria vocabula.] Gell.10.c.9.
Militaria comitia.] Nannius 10. Miſcellan. cap.6.
Militarium ſignorum tria genera, ex Veget.] Duran.2.Var.c.28.
Militare ſignum fumus.] Durant. 2. Var. cap. 18.
Milonis Crotonienſis interitus qualis.] Gel. 15. Noct.Att.c.16.
Mimi apud veteres cinædi appellati ſunt, ex Plaut.in Milite.] Pithæus 1. c. 17.
Mimnernus qualis fuerit Scriptor.] Nannius 4. cap.20.
Eius vita.] ibid.
Minerua à monendo an ſit dicta.] Fruter.1.Veriſ. c.16.
Minerua cur ſit dicta, capta.] Muret.2.Var. cap. 5.
Minio colore olim primæ litteræ Legum inſculptæ.] Magius 1. Miſcellaneorum, cap. 14.
Minores gentes quæ apud Romanos.] Pithæus 2.Aduerſ.cap.7.
Minor numerus ſemper nè præponatur maiori.] Florid.2.Succiſ.c.21.
Minutio auguri ſtatua bouis aurati extra Vrbem poſita, & quare.] Sabell. in Annot. in Plin. lib. 18.
L.Minutius an ſit donatus boue aurato à populo Romano.] Lipſius libro 1.Electorum cap.8.
Minutos piſces maioribus pro cibo eſſe; prouerbium.] Muret.2.Var.c.9.
Miſereri qui neſciũt, lapideo ſunt corde, ex Catone.] Durant.1. Var.c.4.
Miſſiones militum multiplices, ex Vlp.] Politian.in Miſc.c.92.
Miſteria ſua Pythagoras non omnes docebat.] Canter.1.Var.c.12.
Miſſus tres cænæ faciebant veteres.] Lipſius 3. Anti-

Antiquarum. cap. 1.

Mitræ hiſtoria ab Eubulo pluribus libris ſcripta, ex D. Hieronym.] Canter. 2. Variar. cap. 16.

MIThridates Rex Bithiniæ.] Titius 2. Controu. c. 5. ex Athenæo.

Mithridates Ponticus 22. linguis gentium loquutus eſt.] Gell. 17. Noctium Atticarum cap. 17.

Mithridatios, antidotus qualis.] Gell. 17. cap. 16.

Mithridates præmium propoſuit iis, qui plurimum edidiſſent, & plurimũ bibiſſent.] Muret. 1. Var. c. 2.

Bis fulmine tactus, innocuus remanſit.] ibidem.

Mithridatem cur Dionyſiũ, Tralliani honoris cauſa appellarint.] Muretus 5. Var. cap. 2.

Mixtio aquæ cum vino varia fuit apud diuerſos.] Merc. 1. Var. c. 18.

MOdus varius vertendi auctores.] Nannius 1. Miſc. c. 3.

Modus reſpondendi inter bibendum, aut propinandum.] Lipſius 3. Antiq. c. 1.

Modus vertendi verba in Græcas ſentẽtias.] Gell. 9. c. 9.

Modus accumbendi apud veteres.] Lipſius 3. Antiq. c. 1.

Modij quatuor frumenti quolibet menſe ſeruis dari ſoliti.] Brodæus 2. Miſcellaneorum cap. 15.

Moduli in comœdijs variati etiã in ſingulis ſcenis.] Nannius c. 6.

Mærentes cur frequenter lachrymas fundant.] Merc. 6. Var. c. 27.

Molæ antiquæ Romæ vbi nam eſſent.] Lipſius 1. Elect. c. 8.

Mollicies morbus à medicis putata.] Mercur. 3. Var. c. 15.

Monachi Græcorum famem 7. dies tolerant.] Mercur. 6. Var. c. 8.

Monimentis litterarum præſtantiſſimorum hominum memoria conſeruatur.] Ioſ. Caſtal. lib. Var. c. 50.

Monumenta ſui à viuis qualia effingenda.] Titius 2. Controuerſor. cap. 25. ex Iſocrate.

Monobiblion Propertio falſò adſcriptus.] Lipſius 1. Var. c. 16.

MONſtra caſu fieri, putauit Ariſtot. 2. Phyſ.] ibid. c. 20.

Monſtrorum genus duplex.] Magius 1. Miſc. cap. 20.

Monſtrorum cauſam Auerroes, alium naturæ modum appellat.] Magius 1. miſcell. cap. 20.

Monſtrorum pater Neptunus ab antiquitate dictus, & quare.] Magius 1. miſcellaneorum cap. 5.

Monſtra cur rarò in hominibus.] Magius 1. cap. 20.

Monſtrorum bifida diuiſio.] Magius 1. Miſc. cap. 20.

Monſtra quæ viuant.] Magius 1. Miſcellan. ibidem.

Monſtra poſſunt naſci.] Magius 1. Miſcell. cap. 20.

Monſtrorum generationis cauſæ variæ.] ibidem.

Monſtra ab Ouidio appellantur, Patricidæ.] Magius 4. miſc. c. 8.

Monſtroſi partus olim flammis dabantur.] Durant. 2. Var. c. 1.

Mons Hebron fuit ſepulchrum Adæ.] Magius 1. Miſc. c. 4.

Montes ſerrati.] Mercurialis 1. Variarum, cap. 3.

Mons Auentinus an fuerit intra pomæriũ.] Gell. 13. Noct. Att. c. 14.

Mora initio cœnæ ponenda.] Lipſius 3. Antiq. c. 1. ex Galeno.

Morbus eſt cum acceſſu, diſceſſuque.] Gell. 4. Noct. Att. c. 2.

Morbi varij à corporibus humanis muſicæ vi depulſi.] Magius 4. miſcell. c. 13.

Morbi ex animi motibus prouenientes muſica arcentur.] ibid.

Morborum popularium cauſa.] Magius ibid. cap. 9.

Morbi bouum duplices.] Merc. 6. Var. c. 10. ex Ariſto.

Morbus cerebri omnium periculoſiſſimus.] Merc. 1. Var. c. 9.

Morborum quarta dies, tanquam iudicialis ſemper, & vbique obſeruata.] Mercur. 2. Var c. 18.

Morborum rara quædam genera apud Hippocratem explicata.] Mercurial. 2. Variar. cap. 20.

Morbus Scytharũ fœmineo collatus qualis] Mercur. 3. Var. c. 7.

Morbi ex aere potiſſimum naſcuntur.] ibid. cap. 6.

Morbi omnes aliquam cauſam communem habent.] ibid.

Morbus ſacer quis.] Mercur. 4. Variar. Lect. cap. 9.

Mor-

Morborum permutatio, ſeu ſucceſſio an à medico perquirenda.] Cagnat. 1. Var. lect. cap. 27.
Morborum ſucceſſio an omnis mala ſit.] Cagnat. ibid. ex Hippocr.
Hippocratis ſententia de eo examinata.] ibidem.
Morbi mulierum graues ex vtero oriuntur ex retento ſemine.] Cagnat. 1. Variarum, cap. 1.
Morbi animi ſuauitate cantus leuantur.] Brod. 4. c. 31.
Morbi veterni natura.] Nannius 4. miſcel. cap. 15.
Mordacitas Cynica.] Nannius 8. miſcellan. cap. 22.
Mori per ſapientiam quid, apud Plinium.] Mercur. 6. Var. c. 20.
Moribundi quamobrem ſonum edant tãquam murmur aquæ labentis per ſalebras.] Titi. 7. Contro. c. 23.
Valido qui ſunt corpore, quare grauius reſonent.] ibid.
Morituri rerum poſterarum curam abijciũt.] Nannius 6. c. 9.
MORS pœna eſt minimè ſumptuoſa.] Nann. 8. c. 35. ex Laert.
Mors in mari ab Heroibus indigna, & pernicioſa putata.] Nannius 7. Miſcellaneor. cap. 2.
Mortis genus, non mortem, timent Heroes.] ibidem.
Mors Deum non amat munera.] Titius 4. Contro. c. 20.
An ei ſacra à veteribus fierent.] Titius ibidem.
Mors an aras haberet, & liba.] ibidem.
Mors voluntaria crudelis habebatur, turpis, & probroſa.] Durant. 2. Variar. cap. 3.
Mortem ſibi conſciſcere, non eſt virile, nec ſapientis.] Muretus 3. Variarum Lection. cap. 2.
Mors an vita robuſtior.] Canter. 2. Variar. cap. 20.
Mortis dies apud Roman. dies natalis dictus; & quare.] Magius 2. miſc. c. 2.
Morſibus viperarum, quomodo medendũ.] Brod. 4. c. 31.
Mortuorum apud viuos monumenta duo.] Carrio 2. Emend. c. 18.
Mortuorũ animas in Dæmones verti credidit falsò antiquitas.] Magius 4. miſc. c. 12.
Mortuorum corpora quomodo veſtita apud veteres.] Lipſius 1. Elect. c. 6.
Pro conditione eorum varijs veſtibus veſtita.] ibidem.
Mortuorũ corpora à filiis, vel ab hæredibus elata cubiculo, in hoſtio collocabãtur.] ibid.
Mortem non eſſe timendam quo argumento probaret Epicurus.] Tit. 1. Contr. c. 17.
Mortuorum vorator dæmon.] Magius 4. lib. cap. 12.
Mortuos nulla attingit miſeria.] Th. Canter. 1. Var. c. 14.
Mortui coronati.] Durant. 1. Var. c. 19.
Mortales etiam inuocati a poetis.] Ioſ. Caſtal. lib. Var. lect. c. 27.
Me mortuo terra ardeat: prouerbium.] Nannius 6. c. 9.
Mortalem animũ eſſe docuit Parmenides.] Mercur. 2. Var. c. 12.
A Gregor. Theol. lib. de natura humana cõfutatur.] Ibid.
MORVS arbor prudentiſſima vocata, & quare.] Mercur. 1. Var. c. 24.
Mororum alborum, cur nullibi fiat mentio ferè.]
Fructus, an podagram arcere poſſint.] Ibid.
Natura, & vires.] Ibid.
Sterilitas tempore Pytherni, an podagræ cauſa.] Ibid.
Morus pruina etiam læditur.] Ibid.
Mori foliis animalcula nutriuntur, quæ ſericea fila fabricant.] Ibid.
Stomachos æſtuantes reficiunt, eiſdem conferunt.]
Mororum fructus, quæ pariat damna.] Mercur. 1. Var. c. 24.
An auxilientur podagricis.] Ibid.
MOS tangendi aras in ſacrificiis.] Macro. 3. Satur. c. 2.
Mos præcedit, conſuetudo ſequitur.] Macr. 3. Satur. c. 8.
Mores decentis perſuadent.] Muretus 2. Var. c. 1.
Mos Impp. Conſtantinorum, cum de hoſtibus captiuis ſupplicia ſumunt.] Durant. 1. Var. cap. 18.
Moribus præteritis viuendum.] Durant. 1. Var. c. 20.

Mores.

Vendendi captiuos ſub corona.] Gell. 7. Noct. Att. c. 4.
Senes de ponte deiiciebantur, vnde & depontani dicti.] Beroald. in Annot.
Rei vindicandæ, & ex iure manu conſertum quid.] Gell. 20. Noct. Att. c. 9.

Flam-

Flammeum nouæ nuptæ portabant.] Fruter. 2.Veriſ.c.18.
Nuptæ deducebantur.] Vide in littera D.
Luſtrico die infantibus nomina dabantur à Romanis.] Ioſ.Caſtalio libello de antiquis prænominibus.
Miliarium in foro Romano olim poſitum.] Sabell.in Annot.3.c.5.
Signorum vocalium quis vſus in bello.]Magius 4.Miſcell.c.13.
Mos veterum abluendi ſe, antequam diuinã rem facerent.] Guliel.in Aulula.c.6.
Mos apud veteres oſculandi.] Canterus 6. Nouar.c.25.
Mos viuendi apud Sacerdotes Aegyptios.] Canterus 2.Var.c.16.
Mos profanus dignoſcendi fœminas ad matrimonium aptas apud Romanos.]Magius 1.Miſcell.c.2.
Mos apud veteres Græcos ſepeliendi mortuos in melle.] Mercur.2.Var.c.24.
Reliqua ſuo loco videnda. Conſultò enim prætermiſimus,breuitati ſtudentes.

MOSES, an Moyſes ſcribendum.] Nebriſſ. in Quinqua.c.25.
Moſes apud Latinos legitur ſemper.]ex Plin.
Moſes apud Poetas ſemper ſcribitur.]
Apud Græcos indifferenter legitur.]Ibid.
Varia declinatio.]
Moſeus,a,um.] flectitur.]
Moſeus iuuencus.]
Moyſis caſus omnes circumflectuntur apud Græcos.]
Moyſis ieiunium quadraginta dierum,an fuerit miraculoſum.] Mercur.6.Var.c.12.
Rabi Moyſes de diæta inſtituenda.] Mercur.2. Var.c.7.
Moſtellaria Plauti,cur ita dicta,& an habeat aliud nomen, & quod.] Gulielm. in Moſtella.c.1.
Mouere, & agere dextri eſt.] Lipſius 2. Electo. c.2. ex Ariſto.
Moueri,& pati ſiniſtri eſt, ex Ariſto.] Lipſius 2. Elect.c.2.
Mulcta minima quid.] Gell. 11. Noct. Attic. cap.1.
Mulcta ſuprema quid.] Gell.ibid.
Mulis imponi ignominioſum.] Durat. 1. Var. cap.18. ex Georg. Cedrino.]
Et per vrbem vehi.] ibid.
MVlieribus ſacro Herculis intereſſe non licet.] Macro.1.Satur.c.7.
Sacro Herculis intereſſe nec poſſunt.]
Mulieres rarò in ebrietatem cadunt, crebrò cur ſenes.] Macrob.7.Sat.c.6.
Muliebre corpus ſenili contrarium.]Macro. 7.Satur.c.6.
Mulieres humentiſſimo corpore ſunt.] Ibid.
Mulier vſurpata, apud Rom. quænàm diceretur,& quod tẽpus ad hoc requireretur.] Gell. 3. Noct. Att. cap.2. Macro. 1.Satur. cap.2.
Mulieres diuerſo tempore pariunt, & quare.] Variæ opiniones.] Gell.3.Noct.Att.c.16.
Mulier quinque ad ſummum viros parere poteſt.]Gell.10.Noct.Att.c.2.
Mulierum Romanarum veterum uictus, & mores, ex Catone.] Gell. 10. Noct. Att. cap.23.
Mulieres Romæ, per Herculem non iurabant.] Gell.11.Noct.Att.c.6. & quare.
Mulieres Spartanæ pulchræ.]Brodæus 4.Miſcell.c.14.
Mulieres maiorem voluptatem in re venerea capiunt.] Brodæus 5. c.27.ex Ouid.
Mulierum Sophianarum mos.] Brodæus 5. Miſcell.cap.3.
Mulieres caſtrantur, & incidũtur.] Brodæus 5.Miſcell.c.3.
Mulierum octo libidinoſarum, quæ calumniatæ ſunt eos, a quibus ſpretæ fuerunt, exempla.] Muret.1.Var.c.12.
Mulieres honeſtæ, in conuiuijs Græcorum non ſolitæ adhiberi.] Muretus. 7. Variar. cap.2.
Mulieres eruditæ plerũque libidinoſæ.]Muret.8.Var.lect.c.21.
Mulierum fæcundarum ius ſingulare.] Durant.1.Var.c.7.
Mulier Attica, non Athenienſis dicitur.]Nãnius 1.Miſcell.c.10.
Mulier, Andrichis dicitur.] Nannius 1. Miſcel cap.10.
Mulieres humiles cur edant fætus maximos, proceroſque.] Magius 1.c.5.
Mulieres cur bruta pariant nonnunquam.] Magius 1.c.20.
Mulieres concipiunt,quæ cogitatione cõplectuntur aliquando.] Magius 1. Miſcellan. cap.20.
Mulieres obolares apud Plaut. quæ.] Canterus 4. Nouarum 5.
Mulierum curioſitas quanta ſit.] Canter.2. Nouar.c.12.ex Theocrito.
Mulieres viris calidiores,ex Plutar.] Canterus 7. Nouar. c.7. contra Macrob.7. c.7.

Mulieres poſt rem cum viro habitam, ablui ſolebant.] Canterus 1.Nouar. c.10.
Mulierum, & maximè meretricum vitium.] Gulielm.in Pœnulo.c.1.
Mulieres quomodo pertinacius ament, ex Ouid.] Mercur. 4.c.16.
Mulier in coitu, minus viro delectatur, ſed diutius in voluptate perdurat.] Mercur. 4. cap.16.
Mulieres an ſint breuioris vitæ, quàm homines.] Mercur 6. Var.c.8 ex Ariſto.
Mulieres quinque libidine, & crudelitatis inſignes.] Canter. 6. Nouar. cap. 2. ex Mureto.
Mulieres induere aureas veſtes vetitum.] Lipſius 2.Elect.c. 8. ex Plin.
Mulieres antiquæ, quomodo comas innecterent.] Titius 4.Contro.c.7.
Mulieres reæ olim ſibi capillos præcidebãt.] Durant.1.Var.c.18. ex Sidonio.
Mullus piſcis in delitijs.] Macrob. 3. Saturnal. cap.16.
Idem ſeptem millibus nummum emptus.] Ibid.
Mulli iecur apud veteres in delitijs habitũ.] Cagnat.2.Var.c.14.
Mulo inſcitior; prouerb. ex Plauto.] Guliel. in 3. Veriſ.c.23.
Mulſum, quod probè temperes, miſcendum eſt nouo hymettio, & falerno vetulo; prouerb. explicatum.] Macrob. 7. Saturnalium cap.12.
Mulſo prima ſitis veterum ſedata.] Lipſius 3. Antiq.c.1.
Mulſum antiquitus maximo in honore fuit.] Mercur.2.Var.c.17.
Quomodo factum optimum.] Ibid.
Multis eget, qui multa habet; ſententia explicata.] Gell 9.Noct.Att.c. 8.
Multi Manij Ariciæ; prouerbium.] Beroal. in Annot in Feſt. Pomp.
MVNDVS totus, in quas partes olim diuiſus ſit.] Titius 8.Contro.c.15.
De eo multæ ſententiæ.]
Mundus finem ſuum aduentantem, quo argumento demonſtret.] Magius 1. Miſcell. cap. 4.
Mundus triplici poteſtate conſtat.] Egnat.in Racemat.c.21.
Mundanus annus multiplex.] Nannius 5. cap.6.
Mundi finis quando ſit futurus.] Florid. 2. Succiſ. c.4.
Municipia quædam Romã ſtudioſè imitata.] Pithæus 2.cap.18.
Murenæ præſtantiſsimæ ex Sicilia.] Macrob. 3. Saturn.c 15.
Eædem in prætio apud Romanos.] Ibid.
Murenam fleuit Craſſus tanquam filiam.] Macrob.3.Satur c.15.
Murenæ quæ optimæ.] Cagnat. 1. Variar. cap.18.
Murrina vinum lautiſsimum.] Mercur.5. Var. cap.10.
Vnde dicta ſit.] Ibid.
Quid ſit.] Ibid.
An à vino differat.] Ibid.
Murrina vinum mulieres Romanæ paſſim bibebant.] Brodæus 4.c.20.
Muriatum varia genera apud veteres.] Mercur. 2.Var.c.26.
Muria dura.] Ibid.
MVRES ſunt ſalaciſſimi.] Politia. in Miſcell. cap.96.
Apollini dicati, & ſacri.] Beroal.in Append. Annot.c.12.
Mus Ponticus ruminat, & vnum ventrem habet.] Mercur.5.Var.c.15.
Mus Arachneus.] Nebriſſen. in Quinqua. cap.30.
Mures præmigrantes ruinas imminentes ſignificare, olim creditum.] Cagnat. 3. Var.c.15. contra P. Victor.
Mus ſymbolum domus.] Muret. 5. Variar. cap.17.
MVScarum multitudo in Hiſpania peculiaris.] Mercur.4.c.14.
Eam ſæpe peſtis conſequitur.] Ibid.
Muſcæ vocati olim Paraſiti, & quare.] Lipſius 3. Antiq.cap.1.
Muſca apud Aegyptios ſignum impudẽtiæ.] ex Arnob.] Ibid.
Muſcarum Apologus apud Aeſopum.] Titius 3.Contro.c.7.
MVSAE apud Pythagoram ſymbolum, nudam veritatem ſignificat.] Canter.2. Var. lect. cap.1.
Muſæ dicuntur occidiſſe Adonidem.] Titius 5. Controuer. cap.21. ex Lycophronte in Caſſandra.
Muſæ, ex Myrtilo auctore, filiæ Macari Megaclonis fuere.] Canterus 1.Var. c.1.
Muſæ { Macari Megaclonis filiæ ex Myrtilo authore. Earum origo. } Th.Canter. 1. Va.c.1
Muſæ { Sirenibus præferendæ; ſymbolum Pythagoræ.] Theodor. Canter.2. Variar. cap. 1.

Muſæ in Cadmi nuptijs.] Muret.4. Var.c.4. ex Eurip. in Phæniſſis.
MVSICA corporis, atque animi morbis medetur] Magius 4.c.13.
Muſicæ magna vis.] Ibid.
Muſica Lacedæmonij iram pugnaturis adimebant.] Magius 4 miſc.c.13.
Muſica animi mœrores depellit.] Magius ibidem.
Muſica contentiones ſedat.] Magius ibid.
Muſicam in luctu adhibendam Euripides ſenſit.] Muretus 6.Var.c.15.
Muſicis cantibus ſanantur iſchiadici, & quare.] Brodæus 4. c. 31. Muret. 14. Variar. cap. 6.
Muſtellæ marinæ viuum intra ſe partū edunt.] Mercur. 5.Var.c.8.ex Plutar.
Muſtellæ deſcriptio.] Nebriſſ. in Quinqúa. cap.30.
Muſtella non eſt mus Arachneum.] ibid.ex Galeno.
Morſus illius venenoſus.]
Muſonij philoſophi, & Catonis de eadem re pulchra ſententia.] Gell.16.c.1.
Muſtum cur non inebriet, vel tardè id faciat.] Macro.7.c.7.
Muſtum dulce eſt.] c.7.
Eidem aqua ineſt.] ibid.
Et cur fiat menſura minus.] ibid.
Muſtum quod non inebriet,ex Ariſt.] Merc. 1.Var.c.17.
Muſtum vt ſemper dulce, tanquam recens permaneat, quomodo faciendum.] Merc. 1.Var.c.7.
MVTAtio naturæ inimica eſt,ex Galeno.] Magius 1. Miſcell.c.5.
Mutationes adeo variæ ſomniorum, vnde oriantur.] Magius 4.Miſcell.c.12.
Mutatio elementorum qualis ſit, ex ſententia Pythagoræ.] Florid. 1.Succiſ.c.17.
Mutatio cubilis, ac ianuæ fiebat in ſecundis nuptiis olim.] Canter.3.Nouar.c.4.
Mutationes temporum morbos potiſſimum pariunt.] Mercur.2.Var.c. 3.
Mutorum animalium infirmitas maior eſt, quã hominum.] Macro.7.c.5.
Mutuare poſſumus ab alienis authoribus quædam,quæ ad noſtram rem faciunt.] Macro.6.c.1.
Mutuum muli ſcabunt;adagium.] Beroald.in Append. Annot.c.2.
MYAgrus Deus muſcarum apud Elæos.] Mercur.4.Var.c.14.
Mygale quid.] Nebriſſ.in Quinq.c.30.
Mygale non eſt mus arachneum.] ibid.
Mygale nomen compoſitum.]
Vnde dicatur]ibidem.
Myriades viginti quinque drachmarum, quid Latinis.] Lipſius 2.Elect.c.17.
Myrrha ſponte ſua antequam incidatur, ſtactē ſudat,ex Plin.] Brodæus 5.c.7.
Reiicitur ibidem hæc opinio.
Myrrhæ vſus apud Aegyptios.] Mercur.6. Var. c.24.
Myrrhæ nomine cuncta vnguenta olim ſignificata.] ibid.
Myrteæ Veneris, ſiue Murtiæ templum à quibus ædificatum.] Sabell. Annot. 5. in Liuium.
Myrtheum vinum Catonis, ac Dioſcoridis lib.5. differunt.] Brodæus 4. Miſcellan. cap.4.
Quomodo fiat.] ibid.
Myrti fabella è Græco latinitate donata.] Egnat. in Racemat.c.16.
Myrto ſepulchra veterum Græcorum, & Latinorum ornata.] Magius 2.Miſcellan. cap.17.
Myſiæ arua vniuerſa vliginoſa.] Canterus 1.Variar.c.21.

N

NAENIAE fuere communes omnibus funeribus.] Magius 1.Miſcell.c.13.
Cn.Næuij Epigramma à ſe factum,& ſuo poſitum tumulo.] Gell.1.Noct.c.24.
In carcere fabulas ſcripſit.] Gell.3. Noct. cap.3.
Quo tempore eas ſcripſerit.] Idem lib.17.
Narbonenſes vina quomodo condirent.] Mercur.2.Var.c.13.
Narrare fabulam ſurdo; prouerb.] Gulielm.2. Veriſ.c.16.
Nardinum vnguentum potandi antiqua conſuetudo.] Mercur.6.Var.c.7.
Naſo adunco irridere.] Brod.4.c.32.
NAtalis dies dictus eſt, mortisdies, apud Romanos.] Magius 2.Miſcell.c.2.
reprobat hanc opinionem.] ibid.
Natalis dies celebris apud antiquos.] Magius ibid.
Nates paſtæ glande,apud Martial.]Brodæus 1. Miſcell.c.22.
Nationes quædam migratæ ad alias regiones.] Durant.1.Var c.6.
NATura ipſa ab Ariſtotelis inuentis non diſſentit.] Macro.7. Satur.c.6.

Natura format perfecta.] Macro.7. c.16.
Naturæ inimica eſt mutatio, ex Galeno.] Magius 1.Miſcell. c.5.
Natura morbi veterni.] Nannius 4. c.15.
Natura nihil minus arte poteſt in morbis curandis.] Mercur.2.Var.c.12.
Natura dedit homini mentem, quæ omnem virtutem accipere poteſt.] Titius 9. Controu.c.7.
Natus ante mediam noctem, vel prope, vel poſt, quo die Natali ſit dicendus natus.] Gell.3.Noct.Att.c.2.
Nauigiorum Ianus inuentor.] Canter.2.Var. cap.23.
Nauis oneraria remis agebatur.] Magius 1. Miſcell.c.6.
Nauibus impoſitum nomen à Dei ſigno impoſito in prora.] Brodæus 1. Miſcellan. cap.10.
Nauis tutela apud Silium quid.] Brodæus ibidem.
Naues antiquitus pingebantur, ex Plinio.] Brodæus 4.Miſcell.c.13.
Naues roſtra ærata habebant.] ibid.
Nauium ſubmittendarum mos.] Lipſius 1. Elect.c.23.
Naues πλαργόχρωτευς dictæ a Lycophronte, & quare.] Titius 7.Controuer. cap.5.
Nauium ornamenta quæ, apud veteres.] ibidem.
Nauibus nomina impoſita à veteribus.] Villio in Tit.lib.7.Controu.c.5.
Tutelaria numina earundem.] ibid.
NAVta vertice raſo, apud Iuuenal. quid.] Durant.2.Var.cap.9. malum omen.
Nautæ creduntur eſſe in poteſtate Caſtoris, & Pollucis.] Nebriſſen. in Quinquag. cap.8.
Nautico pane vſi milites, ac nautę.] Brod. 4.Miſcell.c.11.
NEARchi hiſtoria.] Titius 5. Controuerſor. cap.15.
Nec vicini ſentient; prouerb. ex Cicero. apud Catil.] Muret.9.Var.c.12.
Nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus; adagium Græcum.] Politian. in Miſcellan. cap.95.
Necromantia cur dicantur Pithones habere.] Nebriſſen. in Quinquag.cap.34.
Nefaſtus numerus eſt Binarius.] Egnat. in Racemat.
Nemeſis Dea eadem cum Sole.] Macro.1. Saturn.c.27.
Nemeſius quo tempore vixerit.] Mercur. 4. Var.cap.4.
Nemo illa viuit carie curioſior; prouerb. apud Plaut.] Guliel.3.Veriſ.c.8.
Neos, nomen ſigni Dei impoſiti proræ.] Brodæus 1.Miſcell.c.10.
Neptunus terreſtris, & equeſtris.] Sabell. in Annot. in Liuium.lib.1.
Neptunus ab antiquitate, monſtrorum pater dictus.] Magius 1. miſcell c.5.
NERO Ianum geminum clauſit.] Lipſius 2. Antiq. c.8.
Nero miſſilia rerum omnium, teſſeras, & alia effudit in populum] Brodæus 3. miſc. cap. 12.
Neronis ætatem præceſſerunt medici.] Cagnat.2. Var.c.15.
Neruiæ in fidibus brumali die aliæ digitis pelluntur, aliæ ſonant.] Gell. 9. Noct. Att. cap. 7.
Neruorum rigor febre ſanatur.] Cagnat.1. Var. cap.27.
Nerui oriantur à cerebro non à corde.] Brodæus 6.c.14.
in Neruum ire; prouerbium.] Nannius 2. cap.18.
in Neruum erumpere; an ſit adagium.] Nannius 2.c.18.
NESToris ætas quanta fuerit.] Florid.2. Succ. cap.3.
Porphirij ſententia reiecta.] ibidem Floridus.
Euſtathij de eodem ſententia.] Floridus, ibidem.
Neuri populi an lupi fieri poſſint.] Mercur. 6. Var. c.20.
Neruæ fœminæ mares fiunt.] Mercurialis ibidem.
Netopus odoratus fuit.] Cagnat. 2. Variar. cap.11.
NICAnor emendare volens ferinos Bactrorũ mores, pænè amiſit prouinciam.] Canter. 2.Var.c.16.
Niger color quis ſit, ex Ariſtot. & Theophraſt.] Merc.2.Var.c.13.
Nigredo in rebus tripliciter apparet.] ibidem.
Nigrum ſilicem lauiſſe liquentibus vndis; prouerbium apud Theocri.] Nannius 2. cap.16.
Niger color funeribus adhibitus.] Magius 3. cap.14.
Niger color mortalis eſt, ex Hippocr.] Magius ibid.

P. NIgidius Ciceroni, & Cæſari contemporaneus.] Gell. 19.c.14.
Eiuſdem quædam dicta inſoluta.] Gellius. ibidem.
Nihili cautio eſt; prouerbium apud Plaut.] Muret. 9. Var.c.11.
NILI incrementa quanta ſint,& quæ nam vtilia.] Pius in Annot.Annot.9.
Nili alluuiones maiores,quàm alibi, ex Ariſtot.1.Meteor.] Magius 1. miſcellaneorum cap.10.
Nili ſtatua, & figura, in Vaticano.] ibidem Magius.
Nili irrigatio fletibus implorabatur ab Aegyptijs] ibid.
Nilus,Iſidi ſacris ſiſtro celebratis,exæſtuabat.] ibid.
An ſolus auram nullam ex ſpiret.] Brod. 3. cap. 1.
Aqua an dulcis, an ſalubris,an noxia.]Brodæus 4.c.29.
18.Cubitos tantum conſurgit.] Brodæus. 6. cap.22.
Eius menſura in Eccleſias delata, ex Caſſiodoro] Dura.2.Var.c.18.
Per quam mundi partem fluat.] Titius 8. Contro.c.15.
Nili aqua an ſalubris.] Brodæus 4. miſcell. cap.29.
Niobe filiorum numerus incertus apud Græcos.] Gell. 20.c.6.
Nitedula ex vepretis;prouerbium apud Cic.] Gulielm.1.Veriſ.c.13.
Niues imbribus leuiſſimi, & meliores.] Brodæus 4.c.28.
Niues in alto mari non cadunt, ex Plin. lib. 2. Titius 7.Contro.c.18.
Niue an animalia poſſint generari] Cagnat. 1 Var.c.23.
NOCTes atticas, cur Gellius libros ſuos inſcripſerit.] Gellius 20. Noctium Atticar. cap.11.
Noctes duas Iuppiter conſumpſit in Alcmenæ adulterio.] Durant. 2. Variarum lect. c.14.ex Senec.
Noctis tenebras quomodo veteres diſcuterent.] ibid. c.18.
Noctua inſigne Athenienſium.] Lipſius 1? Epiſt. ep.16.
Nocturnis viſis, ſpectris, ac terroribus præeſſe credita Hecas Dea.] Brodæus 3. miſc. cap.23.
Nodum in ſcirpo quæris;prouerb.]Brodæus 2. cap. 25.
Noe, & filios eius, & vxores fuiſſe gigantes, Beroſus lib. 1. tradit.] Magius 1. miſcellan. cap. 4.
Nomentana regio inter Romana ſuburbia aprica habetur.] Mercurialis 4. Variarum, cap.7.
NOmina non poſitiua ſunt, ſed naturalia.] Gell.10.c.4.
Nomina fortium ſeruis non danda.] Gell.9. cap.2.
Nomina tria habere quid,apud Iuuenal.] Politia.in miſcell. c.31.
Nomen,[Deus ab hebræis appellatur.] G. Canter.2.Nou c.10.
Nomina, quo die ab antiquis imponerentur ſuis filiis.] Ioſ. Caſtal. lib.de antiquis puerorum prænominibus.
Nomina paraſitis imponuntur iuxta mores ſuos.] Nannius 1.miſc.c.12.
Nomina, etiam nauibus à veteribus impoſita.] Villio.in Tit.lib 7.Contr.c 5.
Nomina tributorũ, non autem tributa Imp. ſuſtulit.] Durant.2. Var.c.8.
Nomina à Romanis impoſita ex coloribus, quibus quis eſſet.] Titius 1.Contro.c.4.
Nominum propriorum, ſiue hominum, ſiue locorum etymologiæ in aliam linguam, quando vertendæ ſint.] Nebriſſ. in Quinq. cap.48.
Nomina Latina, eorumque potentiores aſſectabantur.] Nebriſſen. in Quinquagen. cap.38.
Nomina an habeant naturalem quandã vim ſignificandi.]Muret.13.Var.c.1.
Nigidii de ea re ſententia explicata.]Ibid.
Nominandus ne ſit filius à parentibus, an è contra.] Ioſ. Caſtal. lib.Variarum lectio. cap.31.
Nominare amicos inter bibendum, veteres ſolebant.] Lipſius 3. Antiq.c.1.
Non,particulæ varia interpretatio.] Nebriſſ. in Quinqua.c.31.
Non adiecta quid præſtet.]
Non detracta quid præſtet.] Ibid.
Non liquet, iudicis verbum ampliantis iudicium.] Nannius 4.Miſc.c.11.
Nonæ vnde nam dictæ.] Macrob. 1. Saturnal. cap.16.
Nonæ apud Thuſcos quot] Ibid.
Nonarum dies a Romanis celebratus.]
Nonis Conuentus vniuerſæ multitudini vitabatur apud priſcos.] Macrob. 1.Saturn. cap.16.
Nonæ à Nundinis ſegregatæ,& quare]

Nonæ ſeptimanæ. } Macro.1.Satur.c.16.
Nonæ quintanæ,quæ. } & ſup.c 6.
Nonæ nuptiis celebrandis neutiquam idoneæ apud veteres,& quare.] Macrobius 1. Satur.c.17.
Nona olim hora cœnæ.] Lipſius 3. Antiqua. cap.1.ex Martial.
Nonius Marcellus theſaurus eſt mendoſum.] Guliel.2.Veriſ.c.21.
NOtæ quædam à Mæcenate inuentæ.] Brod. 4.cap 9.
Quid ſignificarent.] ibid.
Per notas ſenſa ſua expreſſerunt antiqui.] ibidem.
Eæ non differunt à Chiffris modernis.] ibidem.
Notæ finium mulræ.] Magius 4 c.7.
Notarii notis quibuſdam vſi.] Brod.4.Miſcell. cap.9.
Manus celerrima notariorum.] ibidem.
Nothi qui eſſent apud Athenienſes ex lege Periclis.] Nannius 1.c.11.
Notulæ numeratiæ quædam antiquæ explicatæ.] Nannius 10.Miſcell.c.4.
NOuæ nuptæ in altum tollebantur, ne limen contingerent.] Pithæus 2.c.6.
Nouæ nuptæ lectus ſternebatur magno apparatu.] Lipſius 1.Elect.c.17.
Nouæ nuptæ prius, quàm ad maritum deducerentur, olim obſcæni Dei in ſinum locabantur.] Guliel.1.Veriſ.c.23.
Nouam nuptam laudandi mos apud veteres.] Guliel.2.Veriſ.c.14.
NOuellio Torquato cognomen à congiis inditum.] Cagnat.3.Var.c.2.
Tres congios vno impetu bibit.] ibid.
Nouare verba,an liceat.] Muret.15.Varia. cap.1.
Nouembri menſe fimus eſt ſatis adhibendus.] Titius 3.Contro.c.21.
Nouercæ priuignos amantes.] Muret.1.Varia. cap.12.
Nouiter nuptæ collum, qua de cauſa filo circundari antiquitus conſuetum fuerit.] Mercur.6.Var.c.6.
Nox,an Dies prior extiterit, ex Plutar.] Canterus 2.Var.c.20.
Syderum mater dicta.] Muret.5. Variar. cap.2.
Noxii apud veteres virgis à magiſtratibus verberati.] Nannius 2.c.9.
NVBes an in alto mari gignantur.] Titius 7. Contro.c.98.
Nubium obſeruatores conſtituti apud Cleonenſes à veteribus.] Durant.2.Variarum cap.10.
Nubentium ſtamina coniuncta,dixere poetæ.]
Nubentes oliua coronabantur.] Durant.2. Var.c.20.
Nubentium manus paruci, ſiue proximiores agnati tenebant,ex Trebell.] ibid.
Nucum nomina diuerſa.] Macro.3.c.18.
Nucum diuerſa genera.] ibid.
Nuces Thaſiæ.] Brodæus 4.c.14.
Nulla te hodie pulchrior, formula apud veteres laudandi nouam nuptam.] Gulielm.2. Veriſ.c.14.
NVma quomodo diuiſerit annum,& menſes.] Macro.1.Satur.c.13.
Quo pacto duos alios menſes addiderit Romulo.] ibid.
Numa Pompilius,an Pythagoræ fuerit diſcipulus.] Florid.1.Succiſ.c.13.
Numæ cadauer, & libri in Ianiculo reperti.] Florid.1.Succiſ.c.13.
Libri eius combuſti.] ibid.
Numæ filii]
Numam multis annis fuiſſe ante Pythagoram.] ibid.
Numerus Hemiolios quis.] Gel.18.Noct.Att. cap.14.
Numerus Epitritos quis.] Gellius 18. ibidem.
Numerus conuiuarum qualis eſſe debeat.] Macro.1.Sat.c 4.
Numerus conuiuarum qualis eſſe debeat.] Duran.2.Var.c.12.ex Auſon.
Numerorum nomina à Pythagoricis qualia impoſita.] Brod.5.Miſcell.c.16.
Numerus maior,an ſemper præponatur minori,vel è contra.] Florid.2. Succiſi. c.21.
Numerus frumentantium ſub C. Cæſare.] Lipſius 1.Elect.c.8.
Numerus frumentantiũ ſub Auguſto.] ibid.
Numidia an gignat Vrſos.] Lipſius 2. Elector. cap.4.
Numinum beneficia non tacenda.] Macro. 7. Sat. cap.2.
Numiſma Bruti cælatum ipſius imagine pileo, & duobus pugionibus,& quare.] Politian. in miſc.c.70.
in Nummis quæ figuræ imprimi ſolitæ.] Canter.2.Var.c.23.
Nummi Comici ex lupinis facti.] Guliel. in Sticho.c.4.
Nummos æreos primus Ianus cudit.] Th. Canterus 2.Var c.23.
Eius nummi figura.] ibid.

Nundiorum hodie multa celeritas.] Brodæus 6. Miſc.c.6.
Nundina Dea quæ.] Macrobius 1. Saturnal. cap.18.
Cur ſic dicta] ibid.
Nundinæ faſtæ an ſint neſaſtæ.] Macrob. ibidem.
Quando celebrari cæptæ.] ibidem Macrobius.
Nupta virgo nouiter,deflorata nè prius eſſet, quomodo à veter. cognoſceretur.] Mercur. 6. c. 6.
Nuptiis copulandis calendæ nonæ deuitabantur apud veteres.] Macro.1.Satur.c.17.
Nuptiarum primarum ritus apud barbaros] Pithæus 2.c.6.
Nuptiarum ſecundarum ritus antiquus.] Canter.3.Nouar. lec.c.4.
Nuptiarum omen erat olim fulmen.] Nannius 7.c.14.
Nutricis ingenium quãtum ad mores referat.] Macro.5.Satur.c.11.
Nutus Iouis, & Iunonis eſſe tonitrua putarunt veteres.] ex Vergilio.Nannius 7. c. 14.
Nymphæ quo colore veſtes gererent.] Brod. 2.Miſc.c.24.ex Ouid.
Nymphæ portiunculam reſecant.] Brod. 5. cap. 3.

O

O pro R, apud veteres.] Lipſius 2. Var. cap.12.
Oaxis fluuius quis, & vbi.] Florid. 1. Succiſiu. cap.6.
Obediendum nè in omnibus patri.] Gell. 2. Noct.Att.c.7.
Oblonga ne, an rotunda oua,mares gignant.] Brod.3.c.25.
Oblonga capita olim pulchra habita, apud quoſdam populos.] Muret. 12. Var.c.8.
Obolum quid.]Cagnat.4.Var.c.6.
Cuius monetæ genus.
Nummus argenteus erat,
Obolus magnus, & paruus.
X. Attici drachmam conſtituunt. } Ibidem.
Obſcuritas loquendi apta eſt terrorem inferendum.] Muret 5.Var.c.8.
Obſeruatores nubium apud Cleonenſes.] Durant.2.Var.c.10. ex Seneca.
Obſignandarum litterarum vſus apud veteres.] Titius 10.Controuerſ. cap. 14. ex Auſon. Epiſt.22.
Obſonium optimum fames,ex Socr.] Beroal. in Annot.
Obſoniorum parandorum ars medico conuenit.] Magius 1.Miſcell.19.
Obuerſa fronte obuiuere arieti; adagium apud D. Gregor Nazian.] Titi.4.Contro.c.13.
Occaſio victoriæ, non locus certus in bello quærenda eſt] Nannius 8.c.34.ex Laert.
Occaſionis imago qualis.] Polit.in Miſc.c.49
Occidendi ſe cauſæ duæ apud vet.an legitimæ] Durant.2. Var.c.3.
Occurſus viri deformis, Aethiopis, Eunuchi, Mauriq. an ſit mali ominis.] Brod.4.c.1.
Oceanum an Vliſſes nauigauerit.] Brod. 3. Miſc. c. 4.
Ocellus lucanus fuit.]
Ocelli opera.] Th. Canter.1.Var.c.17.
Ocnus piger apud Propert. cur dicatur.] Titius 2.Contro.c.15.
Ocni funem torquere;prouerbium.] Villio. in Titi.c.15.lib.2.Contr.
Ocularia vitrea an apud veteres fuerint.] Mercur.6.Var.c.19.
An idem quod Conſpicilli apud Plaut.]ibid.
Oculorum fluxiones quibus remediis à veteribus curatæ.] Mercur.3. Var.c.10.
Oculorum ſplendor in tenebris quomodo fiat.] Cagnat.1.Var c.19.
Oculus faſcinans.] Brod. 1.Miſc.c.37.
ad Oculos magis,quam ad veſicam pertinet an ſit prouerb.] Muret.12. Var.c.17.
Oculorum viſio quomodo ſit æqualis.] Titius 7.Contr.c.14.
Octauii ætas,cum Imperium Romanum occupauit.] Brodæus 1.Miſc.c.16.
Adoptatus eſt in familiam Cæſarum.]ibid.
Octauius lampadio.]Carrio 2.Emend.c.16.
Octauus prænomen antiquorum.]Carrio 1.Emend.cap.1.
October menſis cur ſic dictus.]
A Domitiano nomen eius accepit, poſtea deſiit ſic appellari,& quare.] Macr.1.c.12.
Odorata ligna peſtem arcent, ſi adurantur.] Titius 9.Contro.c.15.
Odyſſea omnem ocioſorum vitã ſuis coloribus graphicè deſcribit.] Titius 5. Contr. c.23.
Odyſſea Homeri an comœdiæ inſtar ſcripta.] Florid.1.Succiſ.c.15.
Offæ ex quibus compoſitæ apud veteres.] Mercur.2.Var.c.23.
Offerebãt nummos priſci Diis, quiſque pro ſua facultate.]Brod.4.c.15.
Officium iudicis quale eſſe debeat.] Gell. 14. Noct.Att.c.2.
Ogh Rex Baſan gigas fuit,ex Deuter.c.3.] Magius 1.Miſcell.c.4.

oi pro æ, diphthongus apud veteres fuit.] Muret.6.Va .c.4.
Olea arbor viuaciſſima.] Mercur.6.cap.14.
- Oleärum varia genera, & nomina.] Macrob.3.Satur.c.20.
Oleum ſæpe,& facile cur congelaſcat.] Gell. 17 Noct.Att.c. 8. qui refutatur à Muret. 13.Var.c.11.
Oleum Caſſinatium optimum.] Macrob. 3.cap.16.
Oleum in ſummo optimum.] Macrob. 7.cap.12.
Oleum in incendium; prouerbium.]Canter.2.Nouar.c.16.
Oleo etiam calefacto ſal non reſoluitur.] Cagnat.1.Var.c.10.
Oleo,quæ liqueſcunt, ſaporem cum oleo communicant,vt reſina.] Ibid.
Oleum, ex matura olea fieri expedit.] Titius 5.Contr c.5 ex Plinio,& Catone.
Oleum ex triplici olearum genere fiebat olim.] Ibid.
Oleum ſperanum,à Græcis ὀμφάκιον,quale,& ex quibus fieret.
Oleum commune, ex quibus fieret.]Ibid. ex Oribaſ.lib.7.
Oleum viride,ex quibus fieret.] Ibid.
Oleo enecantur inſecta animalia.]
Oleum cur adhibitum a coquis ad carnes, & piſces aſſandos.] Mercur.1. Var.c.16.
Oleum occludit extimos corporum meatus.]Ibid.
Oleo carnes coquebāt Arabes, & quare.]
Oleū, quia aere plenū eſt,à putredine etiā liberum eſt.] Mercur.6.Var.c.14.
Oleoſæ arbores viuaciſſimæ.] Ibid.
Oleum an congelaſcat.] Titius 6.Controu.c.7.
Mureti ſententia exagitata.] Ibid.
Oleum ciuibus à Romanis diſtributum.] Lipſius 1.Elect c 8.ex Liuio.
Quando id cæperit.] Ibid.
Oleum de Cade.] Villio. in Titi. lib. 10. Controu.c.1.
OLIna Delia quæ, & vbi nàm ſita.] Sabell. in Annot.9.in Catull.
Olea in Græcia, & Italia fecunda, in Germania, & Britannia nequaquam.] Brodæus 4.Misc. c 6.
Oliuarum albarū vſus.] Mercu.1. Var.c.3.
Meliores,quàm viridibus,& nigris.] Ibid.
Quomodo condirentur apud veteres, varij modi] Ibid.
Oliua coronati nubentes.] Durāt.2. Var. cap.20.
OLYmpiaci ludi, in quorum honorem celebrarentur.] Pius in Annot. Annotatio.11.
Olympus an bene ſit dictus à Vergil. omnipotens.] Ioſeph. Caſtal.lib.Var.lect. cap.12.
Olympius Iouis cognomen.] Caſtallio. Ibid.
Olympionicæ quali honore olim affecti.] Muret.15.Var.c.7.
Olympus primus funebre tibia vſus in funere Pithonis.] Magius 1. Miſcellan. cap.13.
Olympus in templorum dedicatione fiebat.] Magius 3. Miſcell.c.13.
Olympias Græcis quid.] Nebriſſen. in Quinqua.c.24.
Quatuor annos complectitur.]
Omnes,acclamatio Senatoria,ex Vopiſco.] Lipſius 1.Elect.c 30.
Omne punctum tulit.] Nannius 1. c. 3.
Omne vel medium fiant mare; adagium.] Nannius 6. c.9.
Omnia erat; prouerb.] Lipſius 3. Ep. Ep. 2. ex Petronio.
Omnes inimicos repperire, Prouerb.] Guliel.3. Veriſ.c.9.
Omolyni genus panni linei omnium viciſſimi.] Mercur.6.Var.c.2.
In ſuppuratione thoracis atque aqua intercute vſus.] Ibid.
Eiuſdem in podagra vſus.] Ibid.
Onager teſtes pullorum ſuorum morſu amputat.] Brodæus 3. Miſc.c.28.
Onera demenda,non imponenda, ex Pythagoræ præcepto.] Brodæus 6.Miſc. c.15.
Onocrotalo ingluuies magna.] Nebriſſ. in Quinqu. c.32.
Ophiogenes populi.]Muret. 2.Var.c.2.
Eorum virtus ſanandi ſerpentū ictus.]Ibid.
Opera iuuenum,conſilia mediorū, preces ſenū;prouerb.] Mercur.4.Var.c 3.
Opi deæ arā Cecrops primum dicauit in Attica.] Macrob.1.Satur.c.5.
Sacrorū eidē dicatorū ritus,& ceremoniæ]
Opiata medicamēta oculis nocent.] Mercur. 2.Var c.8.
Opinio philoſophorum de mundo ſeneſcente.] Magius 1 Miſcell.c 4.
Oppida quædam Latina habuere ſuos Dictatores,quæſtores,& ædiles.] Pith.2.c.18.
Optima quæque laudari nō poſſunt.] Titius 9. Contro.c.25. ex Ariſtotele.

Opti-

Optimæ res citiſſimè abolentur.] Nannius 4. cap. 9.
Optimi coloris eſſe debet medicus.] Merc. 2. Varia. c.20.
Optima plurima ad victum ex Varro.] Brodæus 4. Miſcel c. 14.
Optima ad victum quædam in quibus Italiæ partibus gignantur, ex Varro.] Macro. 3.Sat.c.16.
Optiones in militia fiebant adiutorum rerum gerendarum.] Guliel. in Caſin. c.1.
Oracula vacua ſunt, ſyngraphæ ex Seneca.] Muret.9.Var. c.11.
Oraculum Amphiarai.] Brod.3.c.31.
Oraculi Delphici locus à Capra inuentus.] Magius 3.Miſcel.c.1.
Oraculũ Iouis Dodonæi Athenienſibus datum.] Canter.8. Nouar. c.12.
Oraculi, quod Peleo redditum eſt, hiſtoria] Muret.3.Var.c.14.
Ad oraculum qui acceſſerant, coronati redibant domum.] Lipſius 4.Epiſt. ep. 21. ex Euripid.
Orationis anima eſt iudoles.] Nann. 1.Miſcel. cap. 3.
Orationis patheticæ exempla apud Vergil.] Macro.4. Sat c.2.3.4.
Qualis eſſe debeat.] ibid.
Orationis Platonis, & Lyſiæ quantum differant.] Gell.2. Noct. Att.c.5.
Oratione hominum vita exculta, ex Iſocrate.] Muret. 1. Var. c.5.
Orationes Cæſarianæ apud Ciceronem quæ ſint.] Lipſius 3. Var.c.24.
ORAtores olim ad Clepſidras ſoliti dicere.] Pithæus 2. c. 11.
Oratores cauſas agebãt in pænulis.] Lipſius 1. Electo. c 13.
Oratorum quorumdã proprium.] Brodæus 1. Miſc. c.7.
Oratores futuri à poetarum lectione auſpicari debent.] Florid. 1. Succiſ.c.2.
Oratorum munus hiſtoriam ſcripturo præcipuè neceſſarium eſt.] ibidem.
Orator nemo niſi bonus vir.] Florid.1. Suc. cap.2.
Oratoris fundamentum.]
Oratores fut uri a Poetarum lectione auſpicari debent.]
Oratorium munus hiſtoriam ſcripturo præcipue neceſſarium.
Oratorum Cicero lucifer.] Florid.1.Succiſ. cap. 2.
Orbis Romanus cur ità dictus.] Mag.4. Miſc. c.5. ex Hegeſippo.
Orbis quinque faſciæ.] Egn.in Racem.c.21.
Orbonæ Deæ ara vbi ſita.] Sabel.in Annot.c.7.
Ordines quatuordecim ludorum ſpectandorum] Brod.5.c.13.
Quibus cenſus non erat 400. ſeſtertiorum, iis ius non erat.] Brod.5.c. 13.
Oreſtis corporis longitudo.] Gellius 4. Noct. Attic. cap.10. Magius 1. Miſcell. cap.4.
Oreſtis corpus cubitis ſeptem longius.] Magius 1. Miſcell.c.4. e] Gell. 3. Noct. Att. cap.10.
Cadauer fuit longitudinis cubitorum ſeptẽ, ex Herodot.lib. 1.] Magius 1. Miſcellan. cap. 4.
Organorum multa nomina barbarorum.] Politia. in Miſcell.c.14
Organorum muſicorum ſonus cur grauis ſit.] Mag.1. Miſc.c.13.
Oris vitium quale, & quibus nominibus appelletur.] Mercur.5. Var.ca.10.
Ori manum admouere in ſalutationibus vſus antiquorum.] Muret.10. Var c.1.
Ore in meo habitas, apud Plaut. quid.] Muret.11. Var. c. 19.
Origani potus, an oculis obſit.] Merc.3. Var. cap 10.
Orionis cadauer repertum longitudinis 46 cubitorum.] ex Plin.lib.7. c.16.] Magius 1. Miſcel.c.4.
Ornamenta in oratione qualia eſſe debeant.] Gell.18. Noct. Att.c.8.
Quæd. reprehenſa, & confutata.] ibid.
Ornamenta ſepulcrorum veterum Rom: & Græcorum ex roſis, & floribus, & apio fiebant.] Magius 2. Miſcel c 17.
Ortum quicquid neceſſario interire debet.] Brodæus 6. c. 4.
Ortus frumentaceorum quomodo ſe habeat.] Cognat. 1. Var. c 11.
Oſcedo quale vitium.] Mercurial. 5. Variar. cap. 10.
Vnde dicta.] ibidem.
Oſcitationis remedium.] ibid.
Oſcitatio apud Gell.pro oſcedine legendũ.]
Oſcillis, ſiue oſſilulis ludere quid] Brodæus 4. Miſc.c.7.
Oſculandi genus antiquum declaratum.] Canterus 6.Nou.c.24.
Oſculati manus eius, quem honorati cupimus, vetus conſuetudo.] Muret.10.Var.c. 1.Lipſius 2.Conte. c 6.
Eius origo.] ibid.
Oſcula cottidiana edicto prohibita à Tiberio.]

rio.] Lipſius 1. Electo.cap.9. ex Sueton.
Oſculum qua parte manui impreſſum.]
Oſculabantur manus viliores,& ſerui.]ibid.
Oſcula diuina.] Lipſius 2. Elect.c.6.
Oſcula etiam poſtibus, & ianuis templorum.] ibid.
Oſcula humana officioſa.]
Facta ori, manibus, genibus, pedibus.] ibidem.
OSIris Dea eadem cum ſole] Macro 1.Satur. cap.26.
Oſiris ſignum, ſiue hierogliphicum apud Aegyptios.] ibid.
Oſſa, atque pellis;prouerbium.] Guliel. 1. Veriſ. c. 12.
Oſſa quid præſtent in animali.] Cagnat. 3. Var.c.12. ex Hippocra.
OSTrea alit Luna.] Gell.20.Noct.Att.c. 6. ex Lucinio.
Oſtrea ante alios cibos olim manducabatur.] Mercur.4.Var.c.11.
OVA apud antiquos initium cœnæ.] Lipſius 3. Antiq. cap 1.
Ouum nè prius extiterit, quàm Gallina.] Macro.7.Sat.c.16.
Oua calore fouentur à Gallina.]Brodæus 3. Miſcell.c.25.
Oua rotunda fœminas gignunt.]
Oua oblonga mares.] ibid.
Oui albumine facies inuncta non aduritur.] Titius 1.Contro.c.19.
Ouorum putamen in auibus quale ſit.] Cagnat.1.Var. c.9. ex Plin. & Ariſtot.
Ouantes an ingrederentur, equo, an pedibus.] Gell 5.Noct.Att.c.6.
Ouo lignum perfuſum non ardet,ex Plinio] Titius 1.Var.c.19.
OVes lauabantur duplici de cauſa.] Macrob.3. cap.3.
Quibus feſtis licitum lauare antiquitus.]Macro.3. Satur.c.3.
Oues ceruaria apud Sex. Pomp.] Pithæus 2.cap.8.
Ouis luſtrari, & expiari quænam ſolerent apud Græcos.] Brod. 1. Miſc. cap. 25.
Ouibus,quibus exercitus,& alia luſtrabatur, veſci licitum non erat.] Brod 1. miſc.c.25.
OVilia à veteribus in ſpelunca conſtituebantur.] Nann.6.c.2.
Oxycedrus accenſa ſerpentem fugat.] Villio. in Titi. lib.10. c.1.
Oxyrinchus Deus apud Aegyptios.] Florid. 3.Succiſ. ex Strabone.

P

PACTA, & fœdera antiquitus in æs inciſa.] Brodæus 4. c. 12.
Eorum faciendorum ritus apud Romanos.] Pius in Annot.Annot.10.
Pacuuij epigramma in eius tumulo.] Gell. 1. Noct.Att.c.24.
Paganorum cauſis certus, & legitimus dierum olim ſeruabatur ordo.] Pithæus 2. c.40.
Palcalus puer formoſus à Dionyſio amatus.] Muret.9. Var.c.20.
PALici dij.] Macrob.5.Satur. c.19.
Eorundem fabula.] ibid.
Palicorum templum non ſine diuinatione eſſe putarunt veteres.] ibidem.
Palicorum ara apud Siculos.] ibidem.
PAlilibus olim quibus ſacrificaretur.] Villio. in Titium c.6.lib.1.
Palilibus nihil animatum ſacrificare moris erat.] Titius 1.Contr c.6.
Palladis, & Tireſiæ fabula explicata.] Politian. in Miſc.c.80.
Pallas, quæ & Ito, Cretæ tutrix.] Canter. 4. Nouarum c.22.
PALmæ arboris natura.] Gell. 3. Noct.Att. cap 2.
Eadem victoriæ ſignum, & quare.] Gell. ibidem.
